Magister chiccus denastasi dictus di francavigla Civis Civitatis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dominus domnus artalis fuit et erat regine fidelis et protali et Intalem habuit et habebat eum et vidit ab aliis teneri et tractari qui domnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam dicto condam regi loquendo sibi cum Capite discoperto et dictus condam dominus Rex demostrabat diligere dictum condam domnum artalem de causa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incivitate Cathanie de tempore dixit tempore vite dicti condam domini Regis Item dixit quod dum condam Comes henricus predictus teneret terram tauromenii dictus condam dominus Rex et prefatus condam dompnus artalis cum Comitiva gentium obsederunt dictam terram tauromenii ante quam terram steterunt certis diebus ac dictus condam domnus artalis multum fatigabat personam suam Indicta obsedione tandem Ipsam terram recuperarunt et alia loca que dictus condam Comes possidebat de causa sciencie dixit bene

scire predicta ut Ille qui Interfuit vidit et audivit Ineadem obsidione de loco ut supra detempore Iam sunt anni ultra quatraginta Item dixit quod redeuntibus supra dictis ambaxiatoribus ad eundem dominum artalem fuit puplice assertum vel dictum per eandem Civitatem quod dictus dompnus artalis minatus extitit eis et de Inde ad Certum tempus mortui fuerunt post quorum mortem aliqui dicebant quod mortui fuerunt ex terrore et minis dicti condam dompni artalis quemine processerunt ex eo quia Ipsi excesserunt mandato dicti dompni artalis et Ita puplice dicebatur decausa sciencie dixit ut supra licet dicat eos vidisse reditos et fuisse mortuos deloco et tempore ut proximus ad ecc.

Magister Iohannes deantonio dictus Filipuntigi Civis Civitatis Cathanie Iuratus et Interrogatus quod dictus condam donnus artalis fuit et erat regius fidelis et protali et Intalem habuit et habebat eum et Ita vidit ab aliis teneri et tractari qui condam domnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam dicto condam domino Regi friderico loquendo sibi cum magna reverencia cum Capite discoperto et Inclinato et Ipse dominus Rex ostendebat diligere et affectare dictum condam domnum artalem decausa sciencie dixit predicta benescire et interfuit vidit ed audivit deloco Incathania et messana detempore dixit tempore vite dicti condam domini Regis de fidelitate sua Item dixit quod quandoque dictus condam dominus Rex equitabat tam per Civitatem messane quam Cathanie et dictus condam domnus artalis equitabat cum eo et Iret retro eum Ipse dominus Rex Cum manu faciebat signum dicto dompno artali quod transiret ulterius prope eum et non Iret Ita retro prout Ipse testis comprehendebat ratione signi decausa sciencie dixit quod vidit et audivit predicta deloco et tempore ut supra Item dixit quod dictus condam dominus Rex multum confidebat et affectabat dictum domnum artalem decausa sciencie dixit scire per gestos et modos dicti domini regis per quos Ipse regis Ita comprehendebat deloco Incathania et messana detempore ut supra Item dixit quod dictus condam domnus artalis fuit et erat homo Iustus et faciebat Iusticiam petentibus tamquam magister Iusticiarius decausa sciencie dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum et Ita vidit ab aliis teneri et tractari deloco et tempore ut supra. Item dixit quod dictus condam domnus artalis post mortem dicti condam domini Regis gubernavit et gubernabat ut Vicarius nonnullas Civitates terras et loca regii demanii nomine et pro parte domine regine marie cum diligencia et solercia decausa sciencie

dixit benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod dictus condam domnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam dicte domine regine loquendo sibi reverenter et cum Caputheo Inmanu prout Interfuit vidit et audivit deloco Incastro ursino detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam domnus artalis fecit et faciebat prehire banna seu proclamata sub nomine dicte domine regine ut Interfuit vidit et audivit deloco Incivitate Cathanie detempore dixit tam ante eius Capcionem quam post Item dixit quod tempore dicta domina regina fuit Capta per condam Marchionem predictum Innimicum dicti domini dompni artalis dictus condam donnus artalis fuit et erat absens acivitate cathanie et dicebatur quod erat messane et post Ipsius donni artalis redditum acivitate Cathanie obstendebat se multum condolere decapcione predicta se multum habere dolorem de eadem Capcione decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit Ipsum obstendentem se condolere ut supra et clare recordatur de sua absencia deloco Incathania de tempore ut supra Item dixit quod Ipsa domina regina fuit filia dicti condam domini regis et erat regina sicilie de causa sciencie dixit predicta bene scire Item dixit quod dictis ambaxiatoribus redeuntibus addictum domnum artalem fuit puplice dictum quod Ipse dompnus artalis minatus extitit eis et de Inde ad Certum tempus mortui fuerunt et dicebatur quod fuerunt mortui ex terrore dicti dompni artalis deloco Incathania detempore ut supra et vidit et audivit Ipsos fuisse mortuos et redisse Item dixit quod fuit et erat Comunis opinio gentium quod dictus condam domnus artalis ex sua Industria operante exclusit reginam Iohannam fuit et est domina dicti regni pro Ipso dompno artali decausa sciencie dixit scire ex comuni opinione gentium et Ipse testis habuit Ipsam opiuionem deloco Incathania detempore dixit tam tempore vite sue quam post eius obitum.

Penultimo martii XII Inditionis.

Nobilis Jaymus depandolfo Civis Civitatis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod dictus condam domnus artalis fuit regius fidelis et protali et Intalem habuit et habebat eum qui bene tractavit et tractabat vassallos et servitores ac officiales regios ministrando Iusticiam petentibus tamquam magister Iusticiarius de causa sciencie dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania de tempore dixit tempore vite dicti condam domini regis friderici Item dixit quod dictus condam domnus artalis fecit ac fa-

ciebat dicto domino Regi magnam reverenciam loquendo sibi cum reverencia qui dominus Rex tam per cives Civitatis Cathanie quam per eumdem dominum artalem habebatur et tenebatur pro vero et legitimo domino cui erat pariturus Inmandatis suis qui obstendebat affectare dictum condam domnum artalem Ipsum bene tractando et reputando eum Ineius fidelem et servitorem decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit et audivit ut supra VELUT Civis Civitatis Cathanie qui erat Ineadem deloco In Ipsa de tempore dixit ut supra Item dixit quod post mortem dicti condam regis friderici dictus condam domnus artalis Incepit gubernare regere et administrare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii et se scribebat Vicarius generalis regni Sicilie gubernando nomine et pro parte domine regine marie cum diligencia et solertia decausa sciencie Interrogatus dixit scire ut supra deloco ut supra et alibi detempore dixit ut supra Item dixit quod dicta domina regina Maria fuit filia dicti condam domini regis friderici quam tractabat Infiliam suam legitimam et naturalem et fuit et erat regina sicilie et ut regina sicilie habebatur et tractabatur decausa scientie dixit ut supra deloco ut supra detempore ut supra Item dixit quod redeuntibus ambaxiatoribus supradictis at prefatum condam dompnum artalem fuit assertum et puplice dictum quod dictus condam donnus artalis minatus extitit eis ex eo quia Ipsi se extenderunt ultra commissionem et mandatum eis factum et hoc puplice dicebatur quod ambaxiatores Inde ad aliquos dies mortui fuerunt post quorum mortem erat opinio multorum quod mortui fuerunt ex terrore dicti condam dompni artalis procausa predicta decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit ut dictum est deloco Incathania detempore dixit non recordari Item dixit quod tempore quo dictus condam dompnus artalis tenebat obsessum castrum auguste Ipse tenebat dictum regnum qui erat Ineodem et non causa tenendi eam obsessum decausa ciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod tempore regiminis dicti condam dompni artalis testis Ipse vidit et legit nonnulla Instrumenta confecta Incivitate Cathanie que erat sui regiminis In quibus erant presentes qui post etiam absenciam a regno (*sic*) Item dixit quod mortuo dicto donno artali prefatus condam domnus manfridus remansit rector et gubernator In Regimine Ipsius dompni artalis et gubernavit et rexit usque ad adventum condam dominorun retroprincipum predictorum qui dominus manfridus Cum una galea et galeocta recessit acivitate Cathanie causa eundi ad presenciam dictorum dominorum existentium tunc Incampo

contra panormum et de Inde venit novum Incivitate Cathanie quod Ipse erat Incampo cum eisdem comdam dominis decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incivitate eadem detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam dompnus artalis tenebat magnam gentem armigeram provisionatam et ultra provisiones comedebat dicta gens Incivitate sua Inter quam gentem erant milites et alie gentes que erant provisionate adicto condam domino rege friderico tempore vite sue ut ex fama percepit et dabat annonam seu ordeum decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat deprovisionatis deloco Incathania et alibi detempore dixit post obitum dicti condam domini Regis adalia Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis nicolaus de AMILITO Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod Ipse testis habuit et habebat tenuit et tenebat dictum condam domnum artalem pró fideli et fidelissimo qui testis Intellexit et audivit amultis et diversis personis tunc antiquissimis quod si donnus artalis dè alagona non fuisset domus aragonum non dominaretur regno sicilie nec pars cathalana nominaretur Ineodem quia Ipse defensabat dictam partem Cathalanam Ineodem Regno et quia Ipse posuit aliquociens personam suam Inpericulo cum modica gente pro defensione dicte partis Cathalane non obstante quod pars adversa habebat plurem gentem quam Ipse decausa sciencie dixit ut supra deloco Incathania detempore Iamsunt anni ultra quatraginta Item dixit quod tempore regiminis dicti dompni artalis Cathalani tam mercatores quam alii fuerunt et erant bene tractati In Civitate Cathanie tam abeo quam ab officialibus suis et quando veniebant Incivitatem predictam nobiles Cathalani Ipse faciebat eis magnum honorem decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Ineadem Civitate de tempore ut supra Item dixit quod tempore quo dictus domnus artalis tenuit obsessum castrum auguste Ipse tenuit et tenebat dictum Castrum obsessum ut recuperaret dictam dominam Reginam existentem In eodem Castro a posse suo ablatam et non ut esset contra eam decausa sciencie dixit predicta scire ex comuni opinione gentium et Ipse testis habuit et habet eandem opinionem eo presertim quod dicta domina Regina capta a dicto Castro ursino Ipse dompnus artalis transmisit galeas ut eam possit recuperare ut credit et habet fuit ante obsidionem predictam ad alia nihil.

Dominus peregrinus tangus mercator Ienuensis Iuratus et Inter-

rogatus dixit quod Ipse testis Iam sunt anni fere quatraginta venit ad habitandum ad Civitatem Cathanie quo tempore dictus condam dominus artalis gubernabat et tunc puplice dicebatur per eandem Civitatem quod dictus condam dompnus artalis fuit fidelissimus domui aragonum et condam domino Regi friderico ultimo et quod semper fuit obediens dicto domino Regi et domui aragonum de loco et tempore testis numquam audivit oppositum deloco et tempore ut supra.

Matheus trappino herarius Capitaneus Civitatis Cathanie Iu.atus et Interrogatus dixit quod dictus condam dompnus artalis fuit fidelis et fidelissimus dicto condam domino regi et protali et Intalem habuit et habebat eum qui fuit et erat acceptus et gratus dicto domino Regi friderico obediendo sibi et eius mandatis et preceptis qui dominus Rex eundem dompnum artalem demostrabat affectare et diligere et Ipse donnus artalis erat consiliarius dicti domini regis et tamquam magister Iusticiaris ministrabat Iusticiam petentibus et affectabat officiales et servitores regios decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria dicti condam dompni artalis deloco Incivitate Cathanie et alibi detempore dixit tempore vite dicti condam domini regis et usque ad eius obitum Item dixit quod dum condam Comes henricus rubeus teneret terram tauromenii et alia loca demanii dictus condam dominus Rex et dompnus artalis existentes Incivitate Cathanie congregarunt gentes armigeras equestres et pedestres et Intrarunt contra dictum Condam Comitem Ipsumque Interra Tauromenii obsederunt et ultimo operante Industria et auxilio dicti domini Artalis prefatus dominus Rex recuperavit dictam terram tauromenii et alia loca demanii de causa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire tamquam notoria et presertim quod civitas Cathanie fecit multa luminaria derecuperacione dictorum locorum et Interfuit vidit et audivit Ipsos condam dominos congregantes dictam gentem et euntes adversus eundem condam Comitem deloco Ineadem Civitate detempore dixit dicto domino Rege vivente Item dixit quod dictus condam dompnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam dicto condam domino Regi loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et cum magna reverencia et quando Ipse dominus Rex equitabat per Civitatem Cathanie ipse donnus artalis equitando Cumeo Ibat ad eius latus multum retro videlicet quod Capud equi Ipsius domini regis Cui loquebatur Inclinatus super equo et capite discoperto et quandoque dictus dominus Rex cum manu sua faciebat quasi Intelligendo quod transiret et aderiret magis prope eum decausa scien-

cie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Ineadem Civitate detempore dixit tempore vite Ipsius domini regis Item dixit quod post mortem prefati domini regis Ipse donnus artalis gubernavit et gubernabat Civitates terras et loca regii demanii tamquam vicarius nomine et pro parte dicte domine regine marie Cum diligencia et sollicitudine decausa sciencie dixit predicta scire bene et vidit ed audivit deloco Incivitate Cathanie et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod dictus condam dompnus artalis tractavit et tractabat prefatam dominam reginam mariam bene et egregie tenendo Ipsam cum servitoribus servitricibus damicellis et ejus majurdomus erat dictus condam dominus petrus cuj domine Regine Ipse dompnus artalis faciebat reverenciam loquendo sibi Cum Capite discoperto et inclinato et quando dicta domina equitabat per civitatem Cathanie Ipse domnus artalis Inbrachiis suis eam equitabat et deequitabat dicendo sibi magnam reverenciam ut sue domine naturali et pro tali et Intalem habuit et habebat eum tam tempore quo Ipsa domina erat et stabat Incastro ursino quam post eius Capcionem et usque ad obitum dicti domni artalis Ipse donnus artalis Inconcessionibus graciis et privilegiis quas et que Ipse donnus artalis faciebat et etiam Inbannisque prohicienbatur poni faciebat nomen dicte domine regine sub eius nomine dicta banna prohiciebantur de causa sciencie Interrogatus dixit scire predicta bene et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria dicti dompni artalis deloco Incivitate Cathanie detempore dixit ut supra. Item dixit quod tempore quo dicta domina regina fuit capta acastro ursino per dictum condam marchionem qui erat dicti domni artalis Inimicus et Ira se tractabant dictus condam dompnus artalis fuit et erat absens adicta Civitate Cathanie et dicebatur quod erat messane Ineadem Capcione nullam Culpam commiserat sed fuit astucia dicti condam marchionis Iuxta eius credulitatem et postquam dictus condam dompnus artalis redit Incivitatem Cathanie ostendebat habere magnum dolorem decapcione predicta decausa sciencie dixit bene recordari desolencia dicti donni artalis et Interfuit vidit et audivit eum ostendere habere magnum dolorem de eadem Capcione deloco Incathania detempore dixit Iam sunt anni fere quatraginta Item dixit quod dicta domina regina fuit et erat regina sicilie et filia legitima et naturalis dicti condam domini regis friderici decausa sciencie dixit bene scire Item dixit quod fuit et erat Comunis opinio Incivitate Cathanie et alibi et eandem opinionem Idem testis habebat et habet quod prefatus dompnus artalis defensavit dictum regnum . . . . . domuj Aragonum et

Ipso mediante Ipsa domus dominavit Indicto regno quod fuisset occupatum per reginam Iohannam neapolis si non fuisset Idem dompnus artalis et Ita Comuniter puplice et palam dicebatur et asserebatur et erat vox notoria et fama puplica de premissis de loco Incathania detempore dixit tempore vite ipsius dompni artalis et post eius obitum Item dixit quod tempore quo dictus dompnus artalis obsedit prefatum castrum auguste Id obsedit ut recuperaret dictam dominam Reginam a posse suo ablatam Indicto Castro existentem et non ut contra eam esset Cuy existenti Ineodem castro Ipse dompnus artalis mictebat gallinas vinum et panem pro mensa sua decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente et Ipse testis Ita tenet et credit deloco Incathania detempore ut supra Item Interrogatus qualiter donnus manfridus dealagona gubernavit mortuo donno artali dixit Iaymus debandolfo testis superior Item dixit quod mortuo dicto Rege friderico prefatus donnus artalis regebat et tenebat milites provisionatos quos dictus dominus Rex tenebat et retinebat multam gentem armigeram provisionatam et ultra provisiones tenebat tabolam sive mensam dictis provisionatis et dabat rationes et ordeum pro equis et credit Idem testis et firmum tenit quod Ipse domnus artalis hoc faciebat pro conservacione regni pro dicta domina regina et domo aragonum interquos provisionatos erant multi nobiles qui erant provisionati a dicto rege qui donnus artalis bene tractavit et tractabat regios servitores et officiales honorifice post mortem dicti domini regis decausa sciencie Interrogatus dixit scire premissa bene et Interfuit vidit et audivit tamquam Ille qui erat deprovisionatis deloco Incivitate Cathanie et alibi detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum super aliis Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis Iohannes derocco Civis Civitatis Cathanie Iuratus et In-Interrogatus dixit quod dictus condam dominus artalis fuit et erat regius fidelis domino regi friderico et protali et Intalem habuit et habebat eum qui fecit et faciebat eidem domino regi magnam reverenciam Cuy Ipse domnus artalis loquebatur cum magna reverencia cum capite discoperto et Inclinato et affectabat ac honorabat servitores et officiales regios Ipsos bene tractando et tamquam magister Iusticiarius ministrabat Iusticiam petentibus qui domnus artalis et Cives Cathanienses tenebant et tractabant eundem dominum Regem pro eorum legitimo domino Rege et naturali et quando Ipse dominus Rex equitabat per Civitatem capud equi dicti dompni artalis Ibat Ingruppis equi dicti domini Regis qui aliquociens cum sua manu

faciebat signum dicto donno artali ut adhereret ey loquendo sibi capite Inclinato super equo cum capite discoperto et cum reverencia obediendo ey In quem Ipse dominus Rex habebat magnam fiduciam et multum se confidebat deeo quem diligebat et affectabat secundum demostracionem et ostencionem dicti domini regis erga eundem dompnum artalem decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit et dixit scire protanto quod ipso domino rege vivente existente in castro ursino dictus donnus artalis Intrabat dictum castrum quod Ipse dominus Rex dimictebat Inposse suo et hoc procedebat ex magna fiducia dicti domini Regis et erga eundem dominum artalem Iuxta videre et opinionem Idem testis deloco Incathania et dicto Castro detempore dixit Ipso domino Rege vivente et usque ad eius obitum Item dixit quod dictus condam dominus Rex et condam dominus artalis existentes Incivitate Cathanie congregarunt gentem armigeram equestrem et peditem et Iverunt contra dictum condam Comitem henricum tunc tenentem terram tauromenii et civitatem messane et alia loca demanii et fuerunt ante dictam terram et tandem operante Industria et auxilio dicti dompni artalis prefatus dominus Rex recuperavit terram eandem cum Causa (?) per civitatem messane et alia loca regii demanii tunc detempti perdictum condam Comitem decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente eo presertim quod Civitas Cathanie fecit et faciebat plura luminaria pro causa predicta et Interfuit vidit et audivit dictos condam dominos euntes pro causa predicta cum dicta gente armigera deloco In eadem civitate detempore Iam sunt anni quatraginta quinque parum plus vel minus Item dixit quod dum condam dominus Rex predictus esset Incivitate messane que tunc Indigebat frumento et palacium dicte Civitatis regeretur per reginam Iohannam dictus condam domnus artalis existens Incivitate Cathanie onerari fecit quandam navim vocatam Cambalichi . . . . . Copertam frumento et cum octo galeis et eadem navi Ipse domnus artalis reccessit a portu Civitatis Cathanie causa succurrendi dictam Civitatem messane contra quam erant octo galee dicte regine qui donnus artalis contra voluntatem dictarum galearum regine neapolis succursit dictam Civitatem messane et ambe partes bellarunt et tandem Ipse donnus artalis existens super galeis optenuit contra dictas galeas et habuit victoriam abhiis decausa sciencie Interrogatus dixit scire predicta voce et fama puplica referente presertim quod Civitas cathanie fecit magnum gaudium dedicta victoria et Ipsè donnus artalis et galee redderunt addictam Civitatem Cathanie cum maximo gaudio propter victoriam

predictam et Interfuit vidit et audivit Ipsum domnum artalem reccedentem adicta Civitate cum galeis et navi et redentem postea cum victoria ut dictum est deloco Indicta Civitate detempore dixit Iam sunt anni fere quinquaginta, DIXIT quod dictum bellum fuit Inmari terre milatii ut dicebatur Item dixit quod dictus condam dominus Rex fridericus mortuus extitit Incivitate messane ex quadam Infirmitate seu morbo Cancri quam passus fuit Inloco secreto suo decausa sciencie dixit scire ex fama puplica deloco Inchatania detempore dixit tempore mortis sue Item dixit quod decapitato condam Comite thomasio spatafora seniore dictus condam dompnus artalis recepit terram et castrum sancti philippi pro parte et nomine filiorum dicti Condam Comitis thomasii tunc minorum de causa scientie dixit benescire ut Ille qui fuit Cum dicto donno artali Ineadem terra et asserebat dictam terram et castrum recipere pro parte dictorum filiorum minorum Item dixit quod Ipso domino artali tenente et possidente eandem terram cum Castro prefatus dominus Rex fridericus fuit Incivitate Cathanie et ipse dompnus artalis erat cum eo modis et FORMIS per extensum superius declaratis decausa sciencie deloco et tempore ut dictum est Item dixit quod mortuo dicto condam domino rege friderico dictus donnus artalis gubernavit et gubernabat nonnullas Civitates terras et loca regii demanii tamquam vicarius pro parte et nomine dicte domine regine marie qui gubernavit et gubernabat dicta loca cum solercia et diligencia qui donnus artalis tam tempore quo dicta domina erat Inregno quam tempore sue absencie Inconcessionibus graciis ac privilegiis poni faciebat nomen dicte domine Regine faciendo prohicere banna proclamata sub nomine dicte domine cui domine Ipse donnus artalis faciebat magnam reverenciam loquendo sibi Cum Capite discoperto et cum reverencia et quando Ipsa domina equitabat Ipse dominus artalis equitabat et deequitabat eam Inbrachiis suis decausa sciencie Interrogatus dixit scire predicta bene et vidit Interfuit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum quo ad regimen et gubernationem Item Interrogatus detempore quo dicta domina fuit Capta acastro ursino dictus domnus artalis erat absens et habuit magnum dolorem de capcione predicta dicti regis friderici et regina sicilie (*sic*) dixit ut proximus Item dixit quod redeuntibus prefatis ambaxiatoribus ad prefatum dominum Artalem per eum transmissis Ipse donnus artalis valde turbatus et Indignatus extitit contra eos ex eo quia excesserant sua mandata et perterriti mortui fuerunt timore dicti dompni artalis per multos dies post eorum redditum decausa sciencie dixit scire voce et fama puplica referente et ex Co-

muni gentium opinione qui mortui fuerunt perterriti ut supra et Interfuit vidit et audivit quo ad eorum redditum et mortem dum QUOD vidit et videbat Ipsos ambaxiatores esse Indisgracia dicti dompni artalis et In exfavorem deloco Incathania de tempore ut supra Item dixit quod Ipse donnus artalis conservavit partem Cathalanam et hoc regnum tam pro parte dicte domine regine quam pro domo aragonum que domus predominavit dicto regno operante dicto condam donno artali decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente et ex communi opinione quam Ipse testis habuit et habet et reddit se Certum consideratis suis maximis serviciis et dixit scire pro tanto quod Ipse faciebat magnum honorem Cathalanis quando veniebant ad eum et mercatores Cathalani erant bene tractati et . . . . . Ipsos prout vidit et audivit Item dixit quod olim occupata majori parte regni sicilie per reginam neapolis Introductam ad prefatum regnum promajori parte baronum et Inter alia loca Civitas messane erat occupata dum dicta regina neapolis teneret per alium nomine sui obsedionem ante castrum Iacii per mare et per terram Inter terram Iacii quia campus offendebat Civitatem Cathanie Inqua tunc fuerat dictus dompnus artalis cum domino Rege friderico qui tenebat . . . . . Cathalanam contra dictam reginam et propter dictam obsedionem Ipsa Civitas erat valde oppressa Ipse donnus artalis Cumgaleis et brigantinis et barcis manu armata noctis tempore recessit acivitate Cathanie et Insiluit cum maxima Industria dictam obsidionem maritimam taliter quod eam destrussit qua armata destructa capiens triremes recessit et promajori parte fuit destructa In Itinere et abeo tunc dicta pars Cathalana Incepit sublevari et augmentari ac recuperari operante Industria Ipsius donni artalis et tempore Invasionis predicte Ipse donnus artalis Inqualibet fusta fecit fieri turres delignaminibus et In qualibet Ipsarum poni fecit duas lanternas accensas et tempore Invasionis predicte et prius erat data fama quod stolus expectabatur apartibus Cathalonie que donnus artalis tempore Invasionis cum multis fanis et lanternis Invasit dictum stolum prefate regine Iohanne et tunc In Illa Invasione apparuit dicto stolo regine Iohanne et tunc In Illa Invasione apparuit quod dictus stolus domni artalis erat maximus propter tanta fana et lanternas decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente pluribus temporibus asserta plubicata et promulgata et quod condam pater suus habebat quendam mulum quemasserebat habuisse ex preda lucrata In obsidione supradicta deloco Incivitate Cathanie detempore dixit Iam sunt anni sexaginta duo et ab eo tempore Citra Idem testis

Intellexit supradictam victoriam Item dixit quod scit ex fama puplica quod Ipse donnus artalis tenens Castrum auguste predictum obsessum fecit et faciebat hoc ad recuperandam dictam dominam reginam mariam existentem tunc Ineodem castro abeo et non causa Ipsam obsedendi qui donnus artalis existens Ineadem obsidione mictebat dicte domine regine gallinas panem et vinum promensa sua de causa sciencie dixit predicta scire ex fama puplica ut supra de loco Incathania de tempore dixit ut supra Item dixit produobus vicibus venerunt addictum condam dompnum artalem ambaxiatores transmissi sibi per condam Inclitum dominum Regem petrum regem aragonum quibus ambaxiatoribus Ipse donnus artalis fecit et faciebat magnum honorem et hospitati fuerunt Indomibus de sicholo mictendos eis . . . . . et equos ut equitarent et simul equitabant qui donnus artalis recipit eos reverenter decausa sciencie dixit predicta bene recordari ut Ille qui Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit post capcionem dicte domine regine Item Interrogatus quod mortuo donno artali dictus donnus manfridus remansit gubernator et fuit Incampo et dixit ut proximus Item dixit quod post adventum dictorum condam dominorum retroprincipum ad regnum sicilie dum Ipse testis haberet colloquium cum condam domino Rege martino Rege aragonum et sicilie tunc duce montis albi et sibi diceret et narraret qualiter operante dicto condam donno artali Ipse dux erat dominus sicilie et sibi narraret servicia Ipsius donni artalis et domus aragonum erat domina dicti regni eodem domino artali operante dictus condam dominus tunc dux fatebatur supradictam narracionem sibi per Ipsum testem factam respondendo eidem esse vera premissa qui condam dux multum laudabat dictum condam dominum artalem Circa sua servicia versus domum aragonum et partem Cathalanam decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Incastro ursino Civitatis Cathanie detempore dixit post eiusdem condam ducis adventum dicit etiam quod Ipse testis quadam vice narravit condam domino regi martino Iuniori vestigia et bona regimina dicti dompni artalis ac sua servicia versus domum aragonum et Ipse condam dominus Rex habebat placere dedicta narracione deloco Incathania sanctemarie demonte Carmeno terre leontini detempore dixit tempore quo dictus condam dominus Rex Iunior tenebat Campum contra leontinum existentem sub dominio dominorum demonte Catheno Item dixit quod mortuo dicto condam domino Rege friderico dictus condam donnus artalis tenuit et tenebat multos nobiles et alios servitores dicte condam regine provisionatos sicut Ipse rex tenebat dando eis provisiones

suas ac etiam mensam rationes et ordeum pro equis qui donnus artalis fecit et faciebat honorem officialibus et servitoribus dicti domini regis qui remanserunt Ipsosque bene tractando et tenebat gentem Magnam provisionatam decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod vivente condam domino Rege friderico prefatus condam donnus artalis segerebat Indominum et patronum terrarum troyne paternionis Iacii gagloni minei Calatabiani montis sanctenastasie et eadem loca tenebat et possidebat et percipiebat redditus et proventus creando Inbiis officiales ut Inbonis propriis decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit et audivit Ipsum domnum artalem segerere Indominum et patronum Ipsorum locorum et creare officiales deloco Incathania detempore dixit Ipso domino Rege vivente et usque ad obitum dicti dompni artalis dicit Ipsum testem audivisse fama puplica dictum condam dominum regem donasse eidem donno artali loca predicta et post dicti domini regis obitum Ipse donnus artalis tenuit et possedit terram auguste Culcurachi et melilli decausa sciencie dixit ut supra deloco ut supra detempore ut supra Item dixit quod mortuo dicto domine rege friderico Ipse donnus artalis remansit solus vicarius generalis regni sicilie Iuxta testamentariam disposicionem ut puplice ferebatur et post dictam mortem Ipse donnus artalis propacifico statu regni sicilie voluit dictum officium vicariatus comunicari cum condam manfrido declaramonte condam Comite guillelmo deperalta et condam Comite francisco de Vingintimilio decausa scientie dixit predicta scire ex fama puplica referente de loco Cathanie detempore dixit ut supra dixit quod Ipse testis audivit et vidit dictum dompnum artalem sescribentem una cum sociis Vicarium generalem regni sicilie deloco Cathanie et alibi detempore ut supra et usque ad eius obitum super aliis Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis dominus ximenius deherba miles Civis Civitatis Cathanie Iuratus et Interrogatus referendo se ad suam aliam deposicionem dixit quod condam Inclitus dominus Rex lodovicus mortuus extitit sua morte naturali vel defebre pistenciali (*sic*) In castro Civitatis Cathanie quo tempore de eadem Infirmitate fuerunt mortui condam duchinus filius ducis Iohannis donnus blascus dealagona pater dompni artalis et condam dominus Episcopus Cathaniensis tunc condam dominus thomasius spatafora et multi alii nobiles de quibus adpresens non recordatur decausa sciencie dixit quo ad

mortem benescire ut Ille qui scit eos mortuos qualiter fuerunt mortui et dicta Infirmitate dixit scire ex fama puplica deloco Incathania detempore dixit Iam sunt anni ultra sexaginta Item dixit quod Ipse testis numquam audivit nec scivit nec Intellexit quod condam dominus artalis predictus tossicasset dictum condam Regem lodovicum quo rege mortuo Inregno sicilie successit dictus condam dominus Rex fridericus frater eius qui dominatus extitit eidem regno et pro legitimo domino Rege et naturali habebatur et tenebatur tam per dictum condam dominum artalem quam per cives Civitatis Cathanie qui condam dompnus artalis fuit et erat obediens dicto condam domino Regi friderico Insuis mandatis prebendo sibi maximam reverenciam et loquendo sibi cum Capite Inclinato et discoperto et quandoque genuflexo et Ipse donnus artalis tamquam magister Iusticiarius ministrabat Iusticiam petentibus et diligebat servitores et amatores et officiales dicti condam domini Regis friderici honorando Ipsos et quando dictus Condam dominus Rex equitabat per Civitatem Cathanie per messanam et alia loca Capud equi dicti domini artalis Ibat adgruppas dicti condam domini regis et Ipse dominus Rex faciebat signum cum manu Intelligendo quod Ipse domnus artalis loquebatur sibi Cum maxima reverencia Cum Capite discoperto et Inclinato super equo qui dominus artalis Intantum erat obediens quod nolebat consentire nec permictere Ipsum vocari et dominari (*sic*) dominum Inpersonam dicti domini regis nec etiam voluit comedere Inmensa dicti domini regis dicendo quod barones non debebant Comedere In mensa regia et Ipse dominus Rex multum diligebat et affectabat dictum condam domnum artalem Inquo habebat magnam fiduciam Iuxta demostracionem dicti regis qui dompnus artalis volens Intrare Castrum Ursinum vel alium locum et precipue palacium messane Inquibus erat dictus dominus Rex Incontinenti erant eidem dompno artali aperte Ianue et erat deconsiliariis decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Cum dicto domino rege deloco Incivitate Cathanie messane et alibi detempore dixit tempore vite dicti domini regis et usque ad eius obitum Item dixit quod dictus condam dompnus artalis existens Incivitate Cathanie et habens novum quod dictus dominus Rex se contulerat Inportu sancte Marie de longino cumquadam galea ex eo quia Civitas messane prohibuit Ipsum Regem Intrare eandem Civitatem ut puplice dicebatur cum gente exivit acivitate Cathanie et se contulit ab presenciam dicti condam domini Regis existentis Ineodem portu Cui fecit magnam reverenciam et obedienciam et Ipse dominus

Rex recepit eumdem dompnum artalem gratanter qui ambo venerunt Incivitate Cathanie Inqua Ipse dominus Rex fecit residenciam et dictus donnus artalis Cum eo qui erat regni sicilie magister Iusticiarius decausa Interrogatus dixit predicta bene scire quod Interfuit vidit et audivit deloco Indicto portu et Incivitate cathanie detempore dixit Iam sunt anni ultra quatraginta quinque Item dixit quod dictus condam dominus Rex ac dompnus artalis congregarunt gentem armatam equestrem et peditem et Iverunt contra Condam Comitem herricum russo tunc Comitem terre tauromenii et Civitatis messane et alia loca regii demanii et fuerunt ante dictam terram et ultimo Ipse dominus Rex operante Industria et vivente dicti donni artalis dictus dominus Rex recuperavit terram tauromenii Civitatis messane et alia loca regii demanii que tenebat dictus condam Comes de causa sciencie Interrogatus dixit scire predicta bene ut Ille qui Interfuit vidit et audivit eo presertim quod Ipse testis Inrecuperacione Civitatis messane fuit effectus miles per dictum dominum Regem deloco ut supra detempore dixit ut supra Item dixit quod dicto condam domino Rege et eodem donno artali residentibus Interra Castelionis condam petrus dila desia messanensis se contulit primo loco addictum domnum artalem et sibi presentavit Claves messane ut Idem petrus asserebat qui dompnus artalis sibi dixit non li presentati a mia ma presentatili a lu signuri Re friderica decausa sciencie quod Interfuit vidit et audivit deloco Interra Castelionis detempore dixit ut supra videlicet ante recuperacionem Civitatis Messane Item dixit quod dum dictus condam dominus Rex esset Incivitate messane et sacrum regium palacium detineretur per reginam Iohannam et dicta Civitas messane esset Inpenuria frumenti et aliorum bonorum Comestibilium quia ante eam erant octo galee dicte regine et non poterat subire dictus dompnus artalis Inserviciis dicti domini regis existens Incivitate Cathanie taliter tractavit quod habuit quatuor galeas et quatuor galeones Ipsaque onerari fecit frumento et vino ut succurreret messane qui cum eisdem fustis adicta Civitate cathanie recessit et fuit In Insula malevitana habendo pecuniam ut solveret galeas et Ibi habuit pecuniam et postea se contulit ad terram milatii ut adimpleret et perficeret Iter suum Indicto succursu messane et quodam die dominica Inmare apparuerunt dicte galee regine Iohanne et Ipse donnus artalis et alii videntes easdem galeas ascenderunt super galeas suas et voluit habere consilium tam a patronis galearum suarum quam abaliis expertis In actu maritimo quid fiendum videlicet si debebat Idem dompnus artalis permeare Cum dictis galeis

napulis aut ne et tampatroni quam alii experti consuluerunt sibi quod nullo modo reciperet onus belli nec pugnaret qui donnus artalis habito dicto consilio respondit eis annenti mi voglu perdiri chi perdiri a meu signuri dicendo predicto domino Rege friderico chi plui tostu voglu muriri cum honuri camuriri Invergogna et deliberavit omnina Capere bellum Cumdictis galeis et tandem Ipse domnus artalis Ivit cum dictis quatuor galeis et quatuor galeoctis contra dictas octo galeas et utrumque stolum fuit Inbello et Ipse donnus artalis habuit victoriam et secutus extitit easdem galeas octo et cum eadem victoria Ipse donnus artalis Intravit messanam et eam succursit frumento et vino oneratis Insuper dictis suis fustibus et tunc Civitas messane erat deventa ad tantam Inopiam et necessitatem quod non poterat amplius substinere decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut Ille qui fuit semper Indicto negocio cum dicto condam donno artali super eisdem fustibus deloco Incathania Insula meliveti terra milatii et Inmessana detempore dixit Iam sunt anni quatraginta parum plus vel minus Iuxta eius recordium Item dixit quod dictus dominus Rex existens Incivitatem Syracusarum cecidit Infirmus et sic Infirmus recessit abeadem Civitate causa eundi messanam permare et Ipse testis recessit asiracusa et se contulit Cathaniam et dum dictus dominus rex esset In portu prefatus domnus artalis se contulit ad eum supplicando sibi quod remaneret Incivitate Cathanie et curaretur qui dominus Rex recusavit remanere sed Infirmus Ivit messanam permare et Ipse testis perterram Inqua dictus dominus Rex mortuus extitit ex bisinterio ut dicebatur puplice de Infirmitate de causa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Insiracusa Incathania et Inportu et Inmessana detempore dixit Iamsunt anni fere quatraginta Item dixit quod condam Comite thomasio Spatafora decapitato ut asserebatur prefatus donnus artalis secontulit ad terram sancti philippi et recepit Ipsam proparte et nomine uxoris et filiorum dicti condam Comitis decausa sciencie dixit benescire ut Ille qui fuit Ineadem terra Cum dicto dompno artali detempore dicto domino Rege friderico vivente Item dixit quod dictus dominus Rex non transmissit adeumdem dompnum artalem prohabendo terram sancti philippi Cum castro decausa sciencie dixit scire quod si dictus Rex transmisisset Idem testis ut Ibi presens Cum eodem dompno artali scivisset et sensisset Item dixit scire ex fama puplica quod operante et tractante condam Comite francisco devigintimilio dictus Comes fuit decapitatus et Ipse testis Ita credit credit etiam quod si dicta terra sancti philippi non venisset Inposse dicti dompni artalis prefatus Co-

mes franciscus habuisset eam Item dixit quod dicto dompno artali tenente et possidente dictam terram sancti philippi nomine quo supra prefatus dominus Rex fuit Incivitate Cathanie et prefatus dompnus artalis erat Cumeo et sciebat Ipsum dompnum artalem tenere et possidere eandem terram prout vidit et audivit deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod mortuo dicto rege friderico prefatus dompnus artalis ut vicarius nomine et pro parte domine regine marie Incepit regere et gubernare et rexit et gubernavit cum diligencia et sollicitudine nonnullas Civitates terras et loca regii dëmanii decausa sciencie dixit quod Iterfuit vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus donnus artalis tenuit et tractavit et tenebat et tractabat dictam dominam reginam ut suam dominam legitimam et naturalem quam tenebat Cum servitoribus et servitricibus antiquis honestis et nobilibus et dominus petrus rizari erat eius majordomus loquendo sibi Cum maxima reverencia et Cum caputheo Inmanu exibiendo sibi magnam reverenciam prohicere faciendo banna subnomine dicte domine tam tempore sue presencie quam tempore sue absencie Inpartibus Cathalonie et usque ad obitum dicti dompni artalis prout Interfuit vidit et audivit deloco Incastro et Incathania detempore ut supra Item dixit quo. tempore quo dicta domina fuit Capta adicto Castro per dictum condam guillelmum Innimicum dicti dompni artalis et Ita se tractabant prefatus dompnus artalis fuit et erat absens acivitate Cathanie decausa sciencie dixit Clare recordari dedicta absencia et bene sciebat deeorum Innimicitia Item dixit quod post quam dictus dompnus artalis reddit Incivitatem Cathanie ostendit et obstendebat habere magnum dolorem de capcione predicta Item dixit quod dictus dompnus artalis honoravit et honorabat condam dominum regem petrum regem aragonum licet absentem morando et vocando Ipsum dominum regem et etiam dominam Reginam uxorem suam prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius condam dompni artalis Item dixit quod dicta domina regina maria fuit filia condam domini regis friderici et fuit et erat regina sicilie decausa sciencie dixit benescire deloco et tempore ut supra Item dixit quod supradictis ambaxiatoribus redeuntibus ad prefatum dompnum artalem prefatus dompnus artalis minatus extitit eis acriter reos reprehendendo et terrendo dicendo quod eis non Commiserat firmare matrimonium aliquod Cum dicto domino duce mediolanensi qui ambaxiatores Inde ad modicum temporis spacium morti fuerunt decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Inturri Inquo dictus dompnus artalis habitabat et Incathania

quo ad mortem detempore dixit ut supra dicit quod dictis ambaxiatoribus mortuis erat comunis opinio gencium quam Ipse testis habuit et habebat quod Ipsi mortui fuerunt ex terrore et minis predictis Item dixit quod prefatus dompnus artalis habens novum quod galee et naves dicti ducis fuerunt combuste Inportu pisano ex via condam domini regis petri fuit valde letus et gaius extitit multum dedicta combustione prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit Iam sunt anni ultra quatraginta Item dixit scire tam ex fama puplica quam experienciis quod barones sicilie et precipue declaramonte habebant odio prefatum dompnum artalem ex eo quod Ipse tenebat et defendebat partem Cathalanam deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite Ipsius dompni artalis Item dixit scire ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habuit et habet ex fama puplica referente quod operante dicto condam dompno blasco et prefato dompno artali filio suo prefata domus aragonum fuit et est domina sicilie et ey dominatur deloco Incathania et alibi detempore ut supra. Item Interrogatus super duobus Capitulis continentibus Ineffectu victoriam quam dictus condam dompnus artalis habuit contra stolum regine neapolis ante Iacium dixit Inhiis omnibus firmiter ut Iohannes deracco testis superior extenso super facto mule quam habuit pater dicti Ioannis super quo dixit nihil scire Item dixit quod tempore quo dictus condam dompnus artalis tenuit obsessum Castrum auguste Inquo erat prefata domina regina maria tenebat prefatum Castrum obsessum ut recuperaret prefatam condam dominam reginam et non ut eam teneret obsessam et faceret guerram Contra eam decausa sciencie dixit scire ex opinione gentium opinionem quam Ipse testis habuit et habet et ETIAM Ipse dompnus artalis sic dicebat In obsedione predicta et erat Idem testis Ineadem obsedione propter causam predictam videlicet propter dictam opinionem et non aliam decausa deloco Indicta obsedione et Incathania detempore ut supra Item dixit quod Ipse dompnus artalis mictebat Indicto Castro adeandem dominam gallinam panem vinum et castratos sufficientes ad octo personas et hoc transmictebat pro subsidio et honore dicte domine regine prout Interfuit vidit et audivit deloco In predicta obsedione detempore utsupra Item dixit quod dictus condam dompnus artalis transmisit et transmictebat eidem domine regius absenti aregno sicilie per quatuor vices et plus pannos de scarlatu et deserico decausa sciencie dixit benescire quia Ipse testis videbat dictos pannos assignari per Ipsum dompnum artalem dequibus ut eos apportarent Illi domine deloco Incathania detempore dixit Ipsa existente Incathalonia ut dicebatur Item dixit quod

aliquociens venerunt addictum dompnum artalem ambaxiatores condam domini Regis Petri Regis aragonum quos Ipse dompnus artalis recipiebat honorifice et eis bene tractando eteos honorabat et faciebat eis missiones et Insimul equitantes quibus ambasciatoribus Ipse donnus artalis faciebat missiones et vocando dictum dominum Regem Invulgari lusignuri Repetru et Interrogando eos qualiter se habebat decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit dicta domina regina existente Inpartibus Cathalonie ut dicebatur Item dixit quod dictus condam dompnus artalis pluries puplice et palam asserebat et dicebat quod Ipse desiderabat adventum dicte domine regine marie Inregno suo quod eo vivente Incontinenti sibi assignasset Civitates et terras suas deloco Incathania detempore dixit post dictam Capturam vel eo existente Impartibus Cathalonie Item dixit quod mortuo dicto condam dompno artali prefatus condam dompnus manfridus frater suus gubernavit et gubernabat Inregimine dicti dompni artalis qui dompnus manfridus rexit et gubernavit usque ad eventum Condam dominorum retroprincipum et fuit Incampo panormi cum eis decausa sciencie dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania et Inpanormo detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam dompnus artalis fecit et faciebat et exhibuit et exhibebat honorem officialibus et servitoribus qui fuerunt dicti condam domini Regis friderici Ipsos bene tractando qui dompnus artalis dabat militibus dicti condam domini regis tantum salarium quantum dicti milites consequebantur adicto domino Rege ut tenuit et tenebat magnam gentem armigeram provisionatam Inter quam erat nobiles et barones quibus ultra provisiones dabat eis mensam et ordeum pro equis quolibet die expendendo amplam pecunie summam decause sciencie Interrogatus dixit predicta benescire ut miles dicti domini regis friderici et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore dixit post mortem dicti condam domni Regis et usque ad obitum dicti condam dompni artalis dicit quod Ipse dompnus artalis tenebat dictam gentem provisionatam pro conservacione partis Cathalane decausa sciencie dixit scire protanto quod pars seu regimen dicti dompni artalis vocabatur la parti Cathalana Item dixit quod dictus dompnus artalis erat magister Iusticiarius et comes mistrecte qui tenebat et possidebat terram mistrecte butere ac etiam tenebat et possidebat tamquam bona sua propria terram Iacii Calathabiani paternionis miney gaglani et morte prefato condam domino rege presente vidente et tacente recipiendo redditus proventus et Ineis creando officiales ut In bonis suis propriis

decausa sciencie Interrogatus dixit scire predicta bene et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit Ipso domino rege vivente et usque ad obitum dicti dompni artalis Item dixit quod post obitum dicti condam domini regis friderici prefatus dompnus artalis tunc solus vicarius pro conservacione et pacifico statu Comunicavit officium vicariatus Cumcondam Comite francisco da vigintimilio manfrido declaramonte et comite guillelmo deperalta decausa sciencie dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui fuit Indicta Comunicacione deloco Interra Calatanixecte detempore dixit ut supra Item dixit quod prefatus condam marchio fuit et erat Intrinsicus et valde favorabilis cum prefatis condam domnis retroprincibus et tamen ante capcionem dicte domine regine fuit et erat Innimicus Capitalis dicti condam dompni artalis decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit sensit et audivit ut Ille qui erat Incuria dictorum condam dominorum deloco Incivitate Cathanie et alibi detempore dixit tempore quo dictus condam marchio habuit Castrum monsalini et ante et post super aliis Interrogatus dixit nihilscire.

Nobilis berterandus deprothopapa Civis Civitatis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod dictus condam donnus artalis fuit et erat regius fidelis et protali et Intalem habuit et habebat eum qui fuit et erat obediens domino Regi friderico et quando loquebatur sibi loquebatur cum magna reverencia Cum Capite discoperto et Inclinato et quod quando dictus dominus Rex equitabat per Civitatem Cathanie Capud equi dicti donni artalis erat adgruppas equi dicti dompni regis loquendo sibi sic cum Capite discoperto et Inclinato qui dominus Rex ostendebat et demostrabat confiteri dedicto domno artali qui erat magister Iusticiarius In Regno sicilie decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius domini regis et usque ad eius obitum dicit tamen quod tam Ipse dompnus artalis quam Civitas Cathanie habuit et habebat Ipsum dominum regem pro legitimo domino et naturali decausa sciencie loco et tempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam dominus Rex et dompnus artalis existens Incivitate Cathanie congregarunt gentem armigeram eiusdem et pedites et Iverunt contra dictum Comitem henricum tunc Comitem tenentem terram et castrum tauromenii et alia loca regii demanii et ultimo Ipse dominus Rex operante Industria dicti domini artalis recuperavit dictam terram Cumcastro et alia loca regii demanii decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente eapropter quod Civitas Cathanie fecit plura luminaria pro recuperacione dictorum locorum et Interfuit vidit et audivit Ipsos condam dominos

Regem et dompnum artales recedentes acivitate Cathanie cum gente armigera ut supra deloco Ineadem Civitate detempore dixit tempore vite dicti domini Regis Item dixit quod mortuo dicto quondam domino rege prefatus condam dompnus artalis Incepit regere et gubernare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii ut Vicarius nomine et proparte dicte domine Regine marie Cumsolercia et diligencia quam bene etegregie tractabat et sibi faciebat magnam reverenciam et eam tenebat Cum servitoribus et servitricibus et eius mayordomus erat predictus condam dominus petrus rizari et tam tempore quo Ipsa domina regina erat Incastro ursino quam post eius Capcione et usque ad obitum dicti condam dompni artalis Ipse dompnus artalis proycere faciebat banna seu proclamata nomine et proparte dicte domine regine marie et In Instrumentis . . . . . confectis Incivitate Cathanie ponebatur nomine dicte domine regine decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod tempore quo dicta domina regina fuit Capta acastro ursino prefatus dompnus artalis fuit et erat absens acivitate Cathanie et dicebatur quod erat messane decausa sciencie dixit se clare recordari deloco Cathanie detempore Iam sunt anni quatraginta parum plus vel minus Item Interrogatus super facto dictorum ambaxiatorum perterritorum perdictum condam dompnum artalem Item dixit nihil aliud scire nisi ut Iohoannes de rocco testis superior Item Interrogatus qualiter dompnus artalis defensavit partem Cathalanam et Ipso operante est domina regni etc. dixit formiter ut dictus Iohannes testis superior Item dixit quod fuit et erat Comunis opinio gentium quam Ipse testis habuit et habebat quod dictus dompnus artalis obsedit dictum Castrum auguste Inquo erat dicta domina regina ut eandem dominam recuperaret tamquam ablatam aposse suo et non ut eam teneret obsessam et esset contra eam deloco Incathania detempore ut supra tenet Ipse testis et credit quod Ipse dompnus artalis nullam Culpam commiserit Incapcione predicta sed astucia dicti condam marchionis dicta Capcio processit Iuxta sui Credulitatem ut supra Item dixit quod mortuo dicto condam domino rege Ipse donnus artalis bene et egregie tractavit et tractabat regios servitores et officiales honorando Ipsos et eos tenendo Incathania sua Cum provisione qui tenebat et tenuit multam gentem armigeram provisionatam et etiam ultra provisionem dabat eis mensam et ordeum decausa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item Interrogatus qualiter Ipso mortuo remansit condam dompnus manfridus rector et gubernator etc dixit ut dictus Iohannes derocco testis superior.

Ultimo martii XII Inditionis

Nicolaus de christofalo Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod prefatus condam dompnus artalis tempore vite sue fuit et erat et usque ad eius obitum regius fidelis et protalis et Intalem Ipse testis habuit et habebat eum qui faciebat et fecit magnam reverenciam dicto condam domino Regi loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et caput equi dicti domini artalis Ibat ad gruppas equi dicti domini regis et quandoque Ipse dominus Rex faciebat sibi signum Cum manu eidem dompno artali Intelligendo quod ulterius transiret et non Iret Ita retro qui dominus rex fuit et erat habitus detemptus et tractatus provero et legitimo Rege sicilie tam per Cives Cathanie quam per Ipsum dompnum artalem Cuy domino regi profitebatur obedienciam et reverenciam de causa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum dicit tamen quod dictus dompnus artalis fuit et erat magister Iusticiarius regni sicilie ministrando Iusticiam petentibus quod fecit et faciebat honorem officialibus et servitoribus Regiis Ipsos bene tractando decausa sciencie loco tempore dixit ut supra Item Interrogatus super recuperacione terre tauromenii etaliorum locorum regii demanii Item dixit quod post mortem prefati condam domini friderici dictus condam dompnus artalis tamquam vicarius proparte et nomine dicte Regine Incepit regere gubernare et administrare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii cum solercia et diligencia qui donnus artalis prohicere faciebat banna sive proclamata nomine et proparte prefate domine regine tam tempore quo dicta domina erat presens Incivitate Cathanie quam post absenciam suam adicta Civitate et a regno sicilie qui domnus artalis eandem dominam reginam bene tractabat faciendo sibi reverenciam et Ipsam regendo ut dominam suam cum qua fuerunt et erant servitores et servitrices antiqui et honesti ac bone fame et dictus condam dominus petrus rizari fuit et erat maiordomus et quando dicta domina regina equitabat per Civitatem Ipse dompnus artalis eam deequitabat et equitabat semper cum reverencia decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item Interrogatus qualiter tempore quo dicta domina regina fuit Capta acastro ursino per dictum condam marchionem dixit ut proximus Item Interrogatus super terrore Inposito supradictis condam ambaxiatoribus per dictum dompnum artalem dixit ut Idem proximus Item dixit quod dictus con-

dam dompnus artalis bene tractavit et tractabat servitores et officiales regios faciendo eis honorem decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit post mortem dicti condam domini Regis et usque ad obitum Ipsius domini artalis.

Fridericus scammacca Iuratus et Interrogatus dixit quod prefatus condam dompnus artalis tempore vite sue et usque ad eius obitum fuit fidelis et protali et Intalem habuit et habebat eum qui erat fidelissimus condam domino Regi friderico Cuy Ipse donnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et quando Ipse dominus Rex equitabat per Civitatem Cathanie Caput equi dicti dompni artalis semper Ibat ad stripidia equi dicti domini regis qui dompnus artalis fuit et erat magister Iusticiarius et erat obediens dicto domino Regi qui testis non vidit aliquem baronem facientem tantam reverenciam eidem domino Regi quantam Ipse dompnus artalis faciebat qui ministrabat Iusticiam petentibus et Ipse dompnus artalis fuit et erat obediens dicto domino Regi qui donnus artalis fecit et faciebat honorem officialibus regiis et servitoribus Ipsos bene tractando qui dominus Rex habebatur et tenebatur prolegitimo et vero Rege tam per Ipsum condam dompnum artalem quam per Cives Cathanienses et ey parebant et dicebant decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius condam domini Regis et usque ed eius obitum defidelitate Item dixit quod dictus dompnus artalis existens Incivitate Cathanie et habens novum quod dictus dominus Rex Cumquadam galea venerat Inportu sancte marie delongino Incontinenti exivit a Civitate Cathanie causa eundi ad presenciam dicti domini Regis qui Intravit Civitatem Cathanie et ey Ipse dompnus artalis fecit et faciebat reverenciam modo quo supra Inqua Civitate Ipse condam dominus Rex et dompnus artalis fecerunt et faciebant residenciam et residerunt decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incivitate Cathanie detempore dixit Iamsunt anni Circa quatraginta quinque Item Interrogatus super qual . . . . . dictus dominus Rex recuperavit terram tauromenii et alia loca demanii tunc detempta per dictum Comitem henricum operante Industria condam dompni artalis et dixit ut Ioannes derocco testis superior et declarat quod Ipse dominus Rex tunc non erat tante possibilitatis quod ex se potuisset recuperare loca predicta nisi fuisset potencia sive gens dicti dompni artalis decausa sciencie dixit bene scire tamquam Ille qui erat Incivitate Cathanie et vidit potenciam regis Item In-

terrogatus super Capitulis Incipientibus Item ponit et vult probare quod habito palacio Civitatis messane per reginam Iohannam et Itemponit et vult probare quod recedente predicto dompno artali cum predictis galeis et dixit Inomnibus formiter ut Iohannes derocco testis superior Item dixit quod dictus condam dominus Rex fridericus multum confidebat diligebat et affectabat dictum dompnum artalem quem habebat Ineius fidelem servitorem decausa sciencie dixit scire predicta per demostracionem et ostensionem dicti domini Regis erga eundem dompnum artalem deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius domini Regis et usque adeius obitum Item dixit quod tempore mortis dicti condam domini Regis puplice dicebatur quod ipse Rex mortuus fuit de bisinterio deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod post mortem dicti condam dom ni Regis friderici dictus dompnus artalis fuit vicarius proparte et nomine dicte domine regine marie Incepit requirere gubernare et administrare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii Cumdiligencia et solercia decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore ut supra et usque adpresens dompni artalis obitum Item dixit quod dictus dompnus artalis tractavit dictam dominam reginan reverenter etcum reverencia faciendo eam serviri Cum servitoribus antiquis honestis et bone fame eteius mayordomus erat condam dominus petrus rizari et quandoque Ipsa domina regina equitabat per civitatem Ipse dompnus artalis deequitabat et equitabat eam Inbrachiis suis et Ipse dompnus artalis tam tempore quo dicta domina erat et fuit presens Inregno quam post eius absenciam Ipse dompnus artalis emicti faciebat proclamata seu banna sub nomine dicte domine regine Instrumentis confectis per notarios ponebatur nomen dicte domine regine decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Incathania detempore utsupra etusque ad obitum dicti condam dompni artalis Item Interrogatus qualiter tempore Capcionis domine regine dictus dompnus artalis erat absens dixit ut proximus Item dixit quod dicta domina regina fuit filia prefati domini regis friderici et fuit vera regina sicilie decausa sciencie dixit benescire et Ita tenebatur et tractabatur Item dixit quod ambaxiatoribus supradictis rendeuntibus ad dictum dompnum artalem Ipse dompnus artalis acriter minatus extitit eis et Indignatus fuit contra eos et terrendo Ipsis exeo quod excesserunt mandato suo decausa sciencie dixit scire ex fama puplica deloco Incathania detempore dixit ut supra dicit quod de Inde ad Certum tempus dicti ambaxiatores mortui fuerunt et erat Comunis opinio gentium quod fuerunt mortui exter-

rore dicti condam dompni artalis deloco et tempore utsupra Item dixit quod prefatus dompnus artalis conservavit regnum sicilie prodicta domina regina et Sacra domo aragonum quo mediante Ipso domus aragonum fuit et est domina sicilie decausa sciencie dixit predicta scire ex comuni opinione gentium et Ipse testis habuit et habet eandem opinionem consideratis serviciis Ipsius dompni artalis eo presertim quod Catalani tam mercatores quam alii erant bene tractati per eum et suos officiales et quadam vice Idem nobilis Cathalanus decognomine de curigles fuit passus naufragium prope flumen Civitatis Cathanie etvenit Incivitate eadem et dictus dompnus artalis eum Recepit honorifice et Ivit usque ad portum saracenum ad oviandum ey cui fecit et faciebat magnum honorem et faciebat sibi et genti sue missiones et postea dedit sibi unam galeam prout vidit et audivit predicta deloco Incathania detempore tempore vite Ipsius dompni artalis Item dixit quod tempore quo dictus condam dompnus artalis tenuit obsessum et tenebat Castrum auguste Inquo erat dicta domina regina maria Ipse dompnus artalis hoc faciebat ut recuperaret eandem dominam asuo posse ablatam et non ut teneret Ipsam obsessam etesset contra eam cuj domine regine Ipse dompnus artalis mictebat missiones provita sua decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente et Ipse testis est opinionis quod Ipse dompnus artalis eam tenebat obsessam ut recuperaret Ipsam et non proalia Causa Item Interrogatus qualiter dompnus manfridus dealagona rexit et gubernavit post mortem dicti condam dompni artalis prout Ipse gubernabat tempore vite sue et dixit ut Iohannes derocco testis superior super aliis dixit nihil scire.

Venerabilis dompnus salvus rizutus Civis Civitatis Cathanie manibus propriis Iuratus et Interrogatus dixit quod prefatus condam dompnus artalis temporevite sue et usque ad eius obitum fuit et erat regius fidelis et protali et Intalem habebat eum qui fecit et faciebat maximam reverenciam dicto domino Regi friderico loquendo sibi cum maxima reverencia Cum capite discoperto et Inclinato et quando Ipse dominus Rex equitabat per Civitatem Cathanie caput equi dicti dompni artalis Ibat ad gruppas equi dicti domini regis faciendo sibi maximam reverenciam utsuo domino legitimo et naturali qui dompnus artalis fuit et erat regni sicilie magister Iusticiarius etministrabat Iusticiam petentibus quia bene tractavit et tractabat officiales et servitores regios eos honorando qui dominus Rex multum se confidebat dedicto dompno artali taliter quod quadam vice Ipse dominus Rex recessit a condam domino francisco devigintimilio et secontulit adeundem dompnum artalem

quem Ipse dominus Rex diligebat et affectabat prout Ipse Rex demostrabat et Ipsum dompnum artalem Ipse dompnus Rex tenebat et tractabat ut suum fidelem et fidelissimum Inquem Ipse dominus Rex ostendebat habere magnam fiduciam cuy Regi Ipse dompnus artalis erat obediens et obediebat et etiam Cives Civitatis Cathanie obediebant ey et habebant Ipsum provero et legitimo Rege decausa sciencie Interrogatus dixit scire predicta et Interfuit vidit et audivit deloco Incivitate Cathanie detempore dixit tempore vite dicti domini regis et usque ad eius obitum Item Interrogatus qualiter dictus dominus Rex recuperavit terram etcastrum tauromenii et alia loca regii demanii tunc detempta perdictum Comitem henricum operante Industria dicti condam domini artalis Item dixit Inhis omnibus formiter utproximus Item Interrogatus super dictis duobus Capitulis continentibus Ineffectu desuccursu messane dato per dompnum artalem quo tempore palacium regebatur per reginam Iohannam Item dixit ut proximus Item Interrogatus qualiter dictus dompnus artalis post mortem domini regis Incepit gubernare etregere et qualiter bene tractabat dominam reginam et tenebat eam Cum servitoribus et servitricibus et qualiter faciebat ey magnam reverenciam et faciebat prohicere banna et Intitulare Instrumenta nomine suo et dixit Inhiis formiter ut proximus Item Interrogatus qualiter dictus dompnus artalis erat absens tempore Capcionis dicte domine regine sicilie et fuit fililia eiusdem domini Regis dixit ut Ille proximus Item Interrogatus qualiter redeuntibus ambaxiatoribus predictis dictus dompnus artalis minatus extitit eis et mortui fuerunt et dixit formiter ut Idem proximus Item Interrogatus qualiter domus aragonum est domina regni sicilie operante dicto dompno artali et qualiter Ipse semper tenuit partem Cathalanam etc cum domo aragonum et dixit Inhiis ominibus per extensum formiter ut Idem proximus Item dixit quod dictus dompnus artalis bene et honorifice tractavit et tractabat officiales et servitores dicti domini regis friderici quos bene videbat decausa sciencie dixit quod vidit et audivit deloco In Cathania detempore dixit post obitum dicti condam domini regis friderici et usque ad eiusdem dompni artalis obitum Item Interrogatus qualiter mortuo dicto condam dompno artali dictus dompnus manfridus rexit et gubernavit dixit ut Idem proximus Item dixit quod aliquociens Incastro ursino dicebatur quod condam dominus Rex martinus senior tunc dux habebat placere seuplacitum audire narrari vestigia et servicia dicti dompni artalis facta per eum domuy aragonum tempore quo dictus dominus Rex erat Ineodem Castro quo tempore Idem testis erat officialis seu capellanus eiusdem do-

mini regis martini Ineius Cappella et propterea sic predicta dicit tamquam Incastro predicto ut supra.

Nobilis antonius tudiscus maior Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus referendo ad suam primam deposicionem quam fecit pro eodem herrico dicit quod Ipse testis habuit et habebat dictum dompnum artalem profideli regio tempore vite sue et usque ad eius obitum quem condam dominus Rex fridericus tenuit et tenebat et tractabat ut suum fidelem Incontinuum servitorem Cuy domino regi Ipse donnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam loquendo sibi Cum Caputheo Inmanu et capite Inclinato qui dompnus artalis fuit et erat magister Iusticiarius et ministrabat Iusticiam petentibus qui dompnus artalis et Civitas Cathanie habuerunt et habebant dictum dominum Regem pro vero et legitimo Rege decausa sciencie dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore dicti domini Regis et usque adeius obitum Item dixit quod dictus condam dominus Rex et dompnus artalis residentes Incivitate Cathanie congregarunt gentem armigeram equitem et peditem et Iverunt contra dictum condam Comitem henricum tunc tenentem terram tauromenii et alia loca regii demanii et fuerunt ante terram predictam et tandem operante Industria et auxilio prefati dompni artalis quia dictus domines Rex non erat tante potencie quod potuisset ex se Ire contra dictum Comitem dictus dominus Rex recuperavit dictam terram Cum castros et alia loca demanii et acivitate messane decausa sciencie dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat cum dicta gente armigera deloco Intauromenio messana et alibi detempore ut supra Item dixit quod dum dictus condam dompnus artalis esset Inturri sua supradicta et comederat condam philippellus demarino secontulit ad presenciam dicti dompni artalis Cuy dixit signuri eu auchisi ad cola di prothonotaru et narravit eidem dompno artali factum quomodo processit quod ad presens Ipse testis non est memor declarare eu su venuto advui Come mastro Iustizeri et lu re mi manda ad vui Comu mastre Iustizeri Iuxta recordium dicti testis qui dompnus artalis obstendit habere malinconiam ex dicto actu et dixit dicto philippello quod reddiret addictum dominum regem tunc existentem Incastro ursino decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui tunc serviebat Inmensa dicti dompni artalis deloco Ineadem turri detempore dixit non recordari Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis friderici prefatus dompnus artalis Incepit regere et gubernare ut

Vicarius nomine et proparte dicte domine regine marie nonnullas Civitates terras et loca regii demanii quam dominam reginam Ipse artalis optime tractabat et tractavit dictam dominam reginam faciendo sibi magnam reverenciam et loquendo sibi Cum Capite discoperto quam dominam reginam Ipse dompnus artalis tenuit et tenebat cum servitoribus et servitricibus antiquis honestis et bone fame et eius maiordomus erat dictus condam dominus petrus rizari decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item Interrogatus qualiter tempore quo dicta domina regina fuit Capta Ipse dompnus artalis erat absens etc. dixit ut proximus Item dixit quod ambaxiatoribus supradictis per Ipsum donnum artalem transmisserum (*sic*) redeuntibus ad eum Ipse dompnus artalis valde Indignatus extitit et turbatus extitit Ipsis minando exeo quod excesserunt mandato cum duce mediolanensi decausa sciencie dixit predicta scire ex fama puplica referente deloco Incathania detempore dixit ut supra dicit quod dicti ambaxiatores Inde ad certum tempum mortui fuerunt quibus mortuis fuit Comunis opinio quod mortui fuerunt propter terrorem et minas dompni artalis et Ipse testis habuit et habet eandem opinionem deloco et tempore utsupra dicit quod dicti ambaxiatores post eorum adventum erant Indisfavorem et non erant ausi ire ad presenciam dicti dompni artalis decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire ut Ille qui erat Incuria dicti dompni artalis et senciebat ea eo presertim quod propter disfavorem ipsi ambaxiatores erant cohacti per multos eorum creditores Item dixit quod dictus condam dompnus artalis conservavit partem Cathalanam et Ipso operante domus aragonum fuit et est domina regni sicilie decausa sciencie dixit scire ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habuit et habet consideratis serviciis suis eo presertim quod Ipse dompnus artalis faciebat magnum honorem nobilibus Cathalanis et mercatores Cathalani et alii qui erant bene tractati prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit quod tempore quo dictus dompnus artalis tenuit obsessum Castrum auguste hoc faciebat ut acquireret et recuperaret dictam dominam reginam aposse suo ablatam et non ut eam teneret obsessam messane contra eam decausa sciencie dixit scire excomuni opinione gentium et Ipse testis habuit et habet eandem opinionem exeo presertim quod Ipse testis existens Inobsidione predicta videbat dictum dompnum artalem facientem reverenciam domine regine predicte stante Infenestra Castri predicti que domina fuit Infinestra dicti dompno artali petente ut eam videret

et dictam reverenciam fecit Cum Capite discoperto et Inclinato et vidit et videbat dictum dompnum artalem quotidie mictentem gallinas et quinque gallarinos panem et vinum pro persona sua tantum et quando exiebant duo excathalinis qui erant Incastro et comedebant cum eo prout Interfuit vidit et audivit deloco Ineadem obsidione detempore ut supra Item dixit quod dictus dompnus artalis tenuit et tractabat provisionatos Illos milites et scutiferos quos dictus condam dominus Rex tenebat provisionatos quibus dedit et dabat secundum provisionem et Ipse dompnus artalis tenuit et tenebat multam gentem armigeram provisionatam et ultra provisiones dabat eis mensam et ordeum pro equis qui dompnus artalis officiales et servitores qui fuerunt dicti regis friderici bene tractavit et tractabat faciendo eis honorem decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat de provisionatis deloco Incathania detempore dixit post obitum dicti domini regis et usque ad obitum dicti domini regis et usque ad obitum dicti condam dompni artalis Item dixit quod olim condam domino rege friderico predicto et dicto condam dompno artali euntibus ante Civitatem messane quam tunc dictus condam Comes tenebat occupatam messanenses ex muris seu meniis messane cum balistis prohiciebant contra dictum dominum regem et gentem armigeram propterea dictus dominus rex et dopnus artalis redierunt ad terram Castilionis et pro Illa vice dictus dominus rex non voluit recuperare messanam prout Interfuit vidit et audivit ut Ille qui fuit Cum eis deloco ut supra detempore Ipso condam domino Rege vivente Item dixit quod olim dicto condam domino Rege friderico vivente sciente tacente et non contradicente prefatus condam dompnus artalis tenebat loca subscripta possidebat videlicet terram trayne terram paternionis terram Iacii terram miney terram Calathabiani terram mocte et montis nissi detempore dixit ut supra Item dixit scire exfama puplica quod Ipse donnus artalis propacifico statu regni et Ipsius conservacione voluit et ordinavit quod condam manfridus declaramonte condam comes guillelmus deperalta condam Comes franciscus devigintimilio et Ipse dompnus artalis essent vicarii generales regni et socii Indicto vicariatu decausa sciencie dixit ut supra et etiam dixit scire quod Ipse tunc videbat dictum condam dompnum artalem se scribentem Inliteris una cumsociis vicariis generalibus deloco Incivitate Cathanie detempore dixit post mortem dicti condam domini regis friderici.

Magister thomasius demauro Iuratus et Interrogatus dixit quod

prefatus condam dompnus artalis fuit et erat regius fidelis condam domino regi ludovico cuy Ipse condam dompnus artalis serviebat et erat ey acceptus et gratus et ex Inde fuit fidelis condam domino regi friderico et protali et Intalem testis Ipse tenuit et habuit eum etvidit etaudivit eum servientem dictis condam dominis regibus et esse acceptum et gratum eis deloco Incathania et alibi detempore dixit Ipsis regibus viventibus et usque ad mortem dicti condam dompni artalis Ipse testis habuit eum profideli regio Item dixit quod prefatus donnus artalis tamquam obediens etfidelis dicti domini regis friderici obediebat ey et erat regni sicilie magister Iusticiarius et honorabat officiales etservitores dicti regis quos bene tractabat ministrando petentibus Iusticie complimentum qui donnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam Capite discoperto et Inclinato tamquam suo legitimo domino et naturali et Civitas Cathanie habebat eundem dominum Regem Ineius legitimum regem naturalem et parebat et obediebat ey et quando Ipse condam dominus Rex equibabat percivitatem Cathanie et messane Capud equi dicti dompni artalis Ibat ad gruppas equi dicti domini regis taliter quod Ipse dominus Rex faciebat sibi signum quod Ipse dompnus artalis ulterius transiret decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania et Inmessana detempore dixit tempore vite dicti domini regis et usque ad eius obitum Item Interrogatus super Capitulis tangentibus factum terre tauromenii et aliorum locorum demanii per condam Comitem herricum predictum detemptorem dixit Inhiis omnibus formiter ut Iobannes de rocco testis superior Itemdixit quod dum sacrum palacium Civitatis messane deteneretur occupatum per dictam reginam neapolis etprefatus dominus Rex fridericus esset Intus Civitates messane et dicta Civitas tunc esset Inmaxima necessitate frumenti et vini quia galee dicte regine stabant ante eam et non permictebant eam fulciri et furniri quo tempore Ipse testis erat Intus dictam Civitatem et videbat predicta quo domino rege remanente Ineadem Civitate Ipse testis recessit dum esset Interra montis fortis prefatus condam dompnus artalis Dum galeis oneratis frumento et vino fuit Interra milacii et dum essent Ibi prefate galee regine neapolis Iverunt contra eum et aliqui dicebant dicto dompno artali quod Ipse remaneret Interra milacii et non esset Inbello quibus Ipse dompnus artalis respondit quod omnino volebat esse Inbello deprimis et tandem utriunque stolus fuit Inbello Inquo dictus dompnus artalis erat et sic dictis duobus stolis bellantibus prefatus dompnus artalis habuit victoriam et reportavit qua victoria obtenta et reportata Ipse dompnus artalis

Cum eisdem galeis honeratis frumento etvino secontulit messanam et Ibi exoneravit frumentum et vinum et eam succursit decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente et Ita fuit veritas devictoria et succursu deloco Indicta terra montis fortis primo loco Inquo tunc erat et de Inde Incivitate Cathanie et alibi fuit dicta fama dixit quod Ipse testis stans Indicta terra vidit galeas dicte regine Euntes versus milacium et postea fuit dictum prefatum bellum . . . . . ut supra Item dixit quod dictus dominus Rex fridericus multum se confidebat dicto dompno artali et Ipsum diligebat et amabat decausa sciencie dixit scire per demostracionem et ostensionem dicti domini regis friderici Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis friderici prefatus dompnus artalis Incepit regere et gubernare ac vicarius nomine et pro parte dicte domine regine marie nonnullas civitates terras et loca regii demanii que gubernavit et gubernabat cum diligencia et solercia qui dompnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam dicte domine regine marie loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et tenuit et tractabat eam Cum servitoribus et servitricibus honestis et bone fame et dominus petrus rizari erat eius majordomus qui dompnus artalis tam Ipse presencie dicte domine regine Inregno quam post eius absenciam aregno fecit et faciebat prohicere banna sub nomine dicte domine decausa sciencie dixit predicta ben scire et Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania detempore ut supra Item Interrogatus qualiter dictus dompnus arlalis erat absens tempore Capcionis dicte domine regine etc dixit ut Guillelmus degrifo testis superior Item Interrogatus super minis et terroribus factis per dictum dompnum artalem supradictis ambaxiatoribus suis et qualiter fuerunt mortui ex hiis etc dixit formiter Inomnibus ut proximus Item Interrogatus super duobus Capitulis continentibus Ineffectu victoriam reportavit (sic) per dictum condam dompnum artalem operante Industria sua contra stolum et campum dicte regine neapolis existentis ante Iacium etc dixit Inhiis formiter ut Iohannes derocco testis superior verum quod tunc Idem testis erat Interra montis fortis et Ibi primo loco habuit dictam famam de Inde Ipse testis fuit messane que tunc regebatur per dictam reginam neapolis et fuit confirmata dicta prefata victoria et vidit gentes dicte regine asserentes esse Indicto campo tempore victorie et postea Ipse testis venit Incathania et fuit clare Informatus deeadem victoria excipit super facto mule super quo dixit nihil scire Item qualiter operante dicto dompno artali et cum eius Industria domus aragonum dominavit sicilie etc dixit ut dominus eximenius delerda testis superior

Item Interrogatus qualiter dictus dompnus artalis obsedit dictum Castrum ut recuperaret dictam dominam reginam etc dixit ut proximus ex eo quod Ipse testis non vidit dictum dompnum artalem facientem reverenciam eidem regine nec non mictentem sibi panem vinum et gallinas Item Interrogatus qualiter mortuo dicto dompno artali dictus dompnus manfridus gubernavit etc dixit ut dictus guillelmus degrifo testis superior.

Nobilis magnus pipi Iuratus et Interrogatus dixit quod Ipse testis habuit et habebat prefatum condam dompnum artalem pro fideli et fidelissimo sacre domuy aragonum tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit Intellexisse et audivisse Indiversis vicibus et temporibus per antiquissimas personas quod Ipse donnus artalis fecit magna et ampla servicia regibus qui pro tempore fuerunt Inregno sicilie et quod Ipse defensavit partem Cathalanam et Ipso operante et tractante et Industria sua domus aragonum erat domina Sicilie ethoc notorium erat et fama puplica dicebatur deloco Incathania detempore dixit Iam sunt anni quatraginta et plus et minus Item dixit scire ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habebat quod dictus dompnus artalis obsedit dictum Castrum ut recuperat eam et non ut esset contra eam deloco Incathania detempore dixit tempore quo dicta domina fuit Capta Item dixit quod dictus dompnus artalis tamquam magister Iusticiarus ministrabat Iusticiam partibus petentibus et fuit et erat vicarius generalis eterat Iustus et protali habebat eum qui tam tempore presencie dicte domine regine Inregno quam tempore absencie aregno prohici faciebat banna sub nomine Ipsius domine prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore utsupra et usque ad Ipsius dompni artalis obitum Item dixit quod prefatus condam dompnus artalis tenuit et tenebat multos et amplos provisionatos Interquos erant nobiles etmilites etultra provisionem dabat mensam et ordeum proequis decausa sciencie dixit quod Interrogatus vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria deloco Incathania detempore dixit abannis quatraginta citra.

Siri reccardus lacaliatha marinarius Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod prefatus condam dompnus artalis tempore vite sue et usque ad eius mortem fuit eterat fidelis etfidelissimus dominis regibus qui pro tempore fuerunt decausa sciencie Interrogatus dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum consideratis suis maximis serviciis pereum prestitis domui regie Item dixit

quod olim Iam sunt anni ultra quinquaginta quo tempore palacium Civitatis messane regebatur occupatum perreginam Iohannam neapolis et Civitas messane regebatur prodicto domino Rege friderico eterat Insua fidelitate que erat Inmaxima necessitate et penuria frumenti et vini prefatus condam dompnus artalis dealagona Cumgaleis et galeoctis oneratis frumento et vino recessit acivitate Cathanie ut succurreret Civitatem messane ante quam erant galee dicte regine Iohanne qui dompnus artalis se contulit ad Insolam melívitanam pro habendo et pro Inde fuit Interra milacii etdum esset Ibi apparuerunt galee dicte regine Iohanne quibus apparentibus patroni galearum dicti dompni artalis consulebant eidem quod non Caperet bellum Cum eis ex eo quod dicte galee erant onerate frumento et vino ut supra quibus patronis Ipse dompnus artalis respondit altavoce eu Inomni modu voglu piglari la Imprisa et cumbactiri chi Ingrandi virgogna mi lu terria si non cumbactissi et Incontinenti Ipse dompnus artalis Cumsuis galeis et galeoctis Ivit contra eas et fuerunt Inbello et tandem ipse dompnus artalis victoriam reportavit contra dictas galeas regine neapolis qua obtenta Ipse dompnus artalis cum dictis galeis oneratis ut supra se contulit messanam et eam furnivit et liberavit que erat Inmaxima necessitate et . . . . . de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut Ille qui erat Inpropria galea dicti condam dompni artalis marinarius delocis ut supra et tempore ut supra Item dixit scire ex fama quod dictus dompnus artalis fuit filius condam domini blasci dealagona qui semper servivit parti Cathalane deloco Incathania detempore Iam sunt anni sexsaginta et plus Item dixit quod olim Iamsunt anni sexsaginta et plus dum dicta regina Iohanna per alium nomine sui teneret Campum Interra Iaccii per mare et per terram In quo erat magister CAPITANEUS gentium armigerarum et dictus condam dompnus artalis esset Incivitate Cathanie sub regia fidelita . . . . . que Civitas tunc propter obsedionem faciebatur necessitatem et penuriam quo tempore totum regnum erat occupatum per dictam reginam Inter quam occupacionem erat Civitas messane et mayor pars baronum dicti regni erat cum dicta regina Inqua Civitate Cathanie tunc erat dictus condam Rex fridericus prefatus dominus artalis ordinavit brigantinos barcas et fieri fecit verdiscas lignaminum et habuit multas lanternas et fanura et habebat duas galeas et noctis tempore Cum dictis duabus galeis brigantinis et barcis recessit acivitate Cathanie Idem dompnus artalis causa Invadendi stolum dicte regine et Inmane seguenti fuit habitum novum Ineadem Civitate quod dictus condam dompnus artalis Invasit pre-

fatum stolum dicte regine et victoriam reportavit quo novo habito prefatus dominus rex et dicta Civitas habuerunt maximum gaudium etleticiam dedicta victoria propter quam dicta Civitas fuit liberata qui testis eadem mane Incontinenti permare se contulit addictum dompnum artalem et Invenit prefatam victoriam esse veram et stolum dicte regine esse distructum et annihilatum et Illi qui fuerunt Cum dicto dompno artali Ineadem victoria puplice et palam assere bant et narrabant quod dictus dompnus artalis ordinavit hoc modo videlicet quod Ivit Inmare bene Infra et sicut fuit postea prope stolum dicte regine accendi fecit lanternas et fana Inmagno numero taliter quod apparebat magnus stolus quibus lanternis accensis Inceperunt vociferare aragona aragona aragona ostendendo venire apartibus Cathalonie et sic operante Industria dicti dompni artalis prefata victoria fuit obtenta decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut est dictum deloco Incathania et In Iaccis detempore dixit utsupra Item dixit quod dicto condam dompno artali dictum castrum auguste obsessum tam Ineadem obsessione que Incivitate Cathanie puplice ferebatur et dicebatur quod dictus dompnus artalis tenebat dictum Castrum obsessum ut recuperaret eandem dominam reginam aposse suo ablatam et non ut esset contra eam que erat Indicto Castro qui testis quando que demandato dompni artalis apportabat Indicto castro eidem domine Regine panem vinum et gallinam vel gallinas provita sua Item dixit quod operante et tractante Industria dicti condam dompni artalis prefata domus aragonum fuit et est domina regni sicilie et dominavit eidem Regno et sidictus dompnus artalis non fuisset vel consensisset lilio dicta domus aragonum non esset domina regni sicilie de causa sciencie Interrogatus dixit ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habuit et habet et eam firmiter tenuit et tenet consideratis supradictis serviciis deloco tam Incathania quam Inmultis aliis partibus detempore dixit Iam sunt anni sexsaginta et plus et abeo tempore Citra superalii Interrogatus dixit nihil scire.

Iohannes ricius Cathanie Civis Iuratus et Interrogatus dixit quòd dictus condam dompnus artalis de alagona fuit fidelis regius domino regi friderico et domine Regine marie filie sue et semper tenuit partem Cathalanam decausa sciencie Interrogatus dixit quod protali et Intalem eum habuit et habebat consideratis suis assertis maximis serviciis qui testis Intellexit voce et fama puplica referente Indiversis vicibus quod Ipse dompnus artalis fecit maxima servicia parti Cathalane et vidit et audivit Ipsum tenentem eandem partem

detempore dixit ab annis sexsaginta circa et usque adeius obitum Item dixit quod dicto Condam Comite herrico rubeo tenente et possidente terram et castrum tauromenii etalia loca regii demanii dictus dominus Rex fridericus et prefatus dompnus artalis cum gente armigera fuerunt ante dictam terram et Ibi steterunt certis diebus debellantes et pugnantes ultimo prefatus dominus Rex recuperávit et alia loca gegii demanii per Ipsum Comitem detempta tunc quid dompnus artalis multum fatigabat Inacquisicione dictorum locorum decausa sciencie dixit predicta benescire ut Ille qui erat Inter dictam terram tunc Cum dicto condam Comite et vidit etaudivit deloco Ineadem terra detempore vite condam dompni regis Item dixit quod dicto dompno artali existente Ineadem terra et prefato domino rege existente Interra Castiglonis fuit puplice dictum Ineadem terra tauromenii quod ambaxiatores messane tunc detempte per dictum condam Comitem apportarunt Claves dicte Civitatis messane eidem dompno artali et Ipse remisit eosdem ambaxiatores cum dictis Clavibus addictum dominum Regem deloco et tempore utsupra Item dixit quod dictus dompnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam eidem domino Regi loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et prefatus dominus Rex ostendebat et demostrabat multum se confidere dedicto dompno artali Ipsumque diligere et amare prout interfuit vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore dixit utsupra et usque adobitum dicti domini Regis Item dixit quod tempore quo dicta domina regina Capta fuit a castro ursino per dictum condam guillelmum ramundum tunc Inimicum dicti condam dompni artalis et Ita setenebant ettractabant prefatus dompnus artalis fuit et erat absens et dicebatur quod erat Incivitate messane decausa sciencie dixit Clare recordari et benescire de Innimicitia et credit Ipse testis et tenet quod dictus dompnus artalis nullam commiserit Culpam Ineadem Capcione sed astucia dicti marchionis fuit Item dixit scire ex comuni gentium opinione quam Idem testis tenuit et tenet consideratis serviciis supradictis quod dictus condam dompnus artalis difensavit partem Cathalanam et eius Industria operante domus aragonum est domina sicilie et dominavit ey deloco Incathania etalibi detempore ab annis sexsaginta citra Item dixit quod dictus dompnus artalis obsedit dictum Castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam tunc existentem Ineodem castro non causa Ipsam obsedendi et tempore obsedionis Ipse dompnus artalis mictebat eidem domine gallinas panem et vinum provita sua decausa sciencie dixit scire predictavoce et fama puplica referente deloco Inobsedione Inqua Idem testis fuit

et Incivitate Cathanie detempore ut supra super aliis Interrogatus dixit nihil scire.

Honestus presbiter guillelmus dealessio Iuratus et Interrogatus manibus propriis dixit quod dictus condam dompnus fuit et erat regius fidelis tamdicto domino Regi friderico quam domine regine marie filie sue quam etiam parti Cathalane que tenuit et tenebat eandem partem et Ipsam defensavit et defensabat decausa sciencie dixit predicta benescire consideratis serviciis suis et protali et Intalem habuit et habebat eum etvidit et audivit Ipsum tenentem et defensantem dictam partem Cathalanam deloco et tempore ut proximus Item dixit quod tam dictus dompnus artalis quam Civitas Cathanie habuerunt et habebant prefatum condam dominum Regem prolegitimo et naturali Rege et domino eorum Cuy prestabant debitam reverenciam et obedienciam quidompnus artalis fecit et faciebat maximam reverenciam dicto condam domino Regi loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et prefatus dominus Rex demostrabat et ostendebat multum se confidere dedicto dompno artali Ipsumque diligere etaffectare decausa sciencie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti condam domini regis et usque ad eius obitum Item dixit quod dictus condam dominus Rex et prefatus dompnus artalis residentes Incivitate Cathanie congregarunt gentem armigeram equestrem et peditem et Iverunt contra dictum Comitem henricum tunc tenentem terram tauromenii civitatem messane etalia loca Regii demanii et Ipsum obsiderunt Interra tauromenii et ultimo Ipse dominus Rex operante Industria et auxilio dicti condam dompni artalis recuperavit terram tauromenii Civitatem messane et alia loca regii demanii decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente eo presertim quod Civitas Cathanie dedictis recuperacionibus fecit plura luminaria Interfuit vidit et audivit Ipsos condam dominos recedentes acivitate Cathania Cum dicta gente armata procausa predicta deloco Ineadem detempore dixit tempore vite dicti domini Regis dicit quod dictus condam dominus Rex non erat tante potencie quod potuisset ad Implere premissa nisi fuisset iuxta potenciam dicti condam dompni artalis et hoc dixit bene scire ut Ille qui vidit potenciam regiam Item Interrogatus qualiter tempore Capcionis dicte domine regine dictus dompnus artalis fuit absens etc. dixit ut proximus Item Interrogatus qualiter operante dicto condam dompno artali domus aragonum dominavit Sicilie etc. dixit ut proximus Item dixit quod olim dum gens regine neapolis esset Interra Iaccii et esset

stolus permare regine neapolis prefatus dompnus artalis Cum galeis brigantinis et barcis etcum fanis et lanternis Invasit dictum stolum regine predicte et reportavit victoriam etliberavit Civitatem Cathanie decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama puplica referente deloco Ineadem Civitate Cathanie detempore dixit Iamsunt anni sexaginta quo tempore Ipse testis erat etatis annorum decem et propterea nexit declarare alia particularia que processerunt Indicta victoria necalia Indictis duobus Capitulis contenta de predicta materia loquentibus Item dixit quod mortuo dicto condam domino Rege friderico prefatus dompnus artalis Incepit regere et gubernare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii ut vicarius nomine et proparte domine regine marie qui gubernabat cum diligentia et sollicitudine mortem *(sic)* dicti condam domini Regis Ipse dompnus artalis tamquam magister Iusticiarius ministrabat Iusticiam petentibus qui testis habuit et habebat eum pro Iusto decausa sciencie dixit benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod mortuo Ipso condam dompno artali prefatus dompnus manfridus eius frater remansit rector et gubernator Inregimine dicti dompni artalis et gubernavit usque ad adventum condam dominorum retroprincipum prout vidit et audivit deloco Incathania de tempore ut supra.

Nobilis marcus depaternione Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit scire exfama quod dictus condam dompnus artalis semper fuit fidelis domui aragonum deloco Incathania detempore dixit quod ab annis quatraginta Citra Item dixit scire exfama puplica quod prefatus dominus Rex fridericus operante Industria et auxilio dicti condam dompni artalis recuperavit terram tauromenii Civitatem messane et multa alia loca regii demanii tunc detempta per dictum condam Comitem herricum deloco Incathania detempore dixit vivente dicto condam domino Rege friderico Item dixit scire exeadem fama pluries Indiversis temporibus promulgata quod dictus condam dompnus artalis non Curando de galeis regine neapolis qui erant ante Civitatem messane tunc existentem Infidelitate suscepit periculum Cum galeis et fustis succursit eandem Civitatem furmento deloco In eandem Civitate Cathanie detempore ut supra Item dixit quod dictus condam dompnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam dicto condam domino regi friderico tamquam suo domino loquendo sibi cum Capite discoperto et Inclinato et quando dictus dominus Rex equitabat Capud equi dicti condam dompni artalis Ibat ad gruppas equidicti domini regis decausa sciencie dixit scire ex

fama deloco et tempore ut supra Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis friderici prefatus dominus artalis gubernavit et gubernabat tamquam vicarius dicte domine marie regine non nullas Civitates terras et loca regii demanii qui gubernabat cum sollecitudine et diligencia decausa sciencie dixit scire quod quando dictus dominus artalis faciebat officiales Inlocis demanii litere commissionum dictorum officialium sigillabantur cum sigillo dicte domine regine tunc existentis Inposse condam luce deabola quod tenebat nomine et proparte condam Iaymi dealagona Cancellarii regni sicilie et vidit et audivit Ipsum dompnum artalem regentem et gubernantem Item dixit quod tempore quo dicta domina regina fuit Capta per prefatum condam marchionem tunc Innimicum dicti condam dompni artalis Ipse dompnus artalis erat absens acivitate Cathanie decausa sciencie dixit Clare recordari dicit quod Ipse testis Intellexit exfama quod dictus dompnus artalis habuit magnum dololorem de Capcione dicte domine regine quando habuit novum Item dixit scire voce et fama puplica referente quod dominus blascus dealagona Ipse dompnus artalis eiusdem filius conservarunt et tenuerunt partem Cathalanam et Ipsis operantibus dicta pars Cathalana dominavit regno sicilie deloco Incathania detempore ut supra Item dixit scire voce et fama puplica referente quod existente Interra Iaccii obsedione dicte regine neapolis tam per mare quam per terram prefatus condam dompnus artalis cum sua Industria etsagacitate noctis tempore per mare cum galeis brigantinis et barcis cum lanternis et fanis invasit dictum stolum permare et victoriam reportavit taliter quod tunc Civitas Cathanie fuit liberata et pars Cathalana Incepit augumentare quo tempore major pars regni et baronum erat occupata per dictam reginam et Inter alia loca erat Civitas messane decausa sciencie dixit ut supra deloco Incathania detempore ut supra Item dixit scire ex comuni gentium opinione quam Ipse testis habuit et habet quod dictus dompnus artalis obsedit prefatum Castrum auguste In quo erat dicta domina regina ut eandem dominam recuperaret aposse suo ablatam et non ut faceret guerram contra eam eo presertim quod testis Ipse intellexit et Intelligebat tunc quod Ipse dompnus artalis quodam die mictebat sibi panem vinum et gallinas pro persona sua deloco Incathania detempore ut supra Item dixit scire ex relacione condam domini Iohannis depaternione patris Ipsius testis quod Ipse condam dominus Iohannes cum licentia condam domini regis martini senioris et tunc dux montis albi narravit et retulit dicto condam tunc duci virtutis vestigia et servigia dicti condam dompni artalis qui condam dux habebat placere audire premissa et sibi pla-

cebat dictum condam dominum Iohannem premissa sibi narrare decausa sciencie dixit ut supra deloco Incathania detempore post Ipsius ducis adventum Item dixit quod mortuo dicto condam dompno artali prefatus condam dominus manfridus remansit gubernator et rector Inregimine dicti dompni artalis qui gubernavit et rexit usque adventum condam dominorum retroprincipum et recessit acivitate Cathanie causa eundi ad presenciam dictorum dominorum Incampo panormi decausa sciencie dixit scire quod Ipse testis nomine et proparte condam Iaymi dealagona tunc Cancellarii tenebat supradictum sigillum et cum eo sigillabat commissiones officialium quos dictus dompnus manfridus faciebat Inlocis regii demanii et vidit et audivit Ipsum dompnum manfridum regere et gubernare deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod predictus condam guillelmus ramundus marchio tempore quo habuit dictum Castri monsalini et ante et post fuit et erat Innimicus cum dicto condam tunc duce montis albi et prevalebat In civitate et erat Inimicus Illorum decognomine dealagona decausa sciencie dixit benescire predicta ut Ille qui patricabat Incuria dicti condam ducis et predicta senciabat et videbat deloco Incathania detempore ut supra Item dixit scire ex fama puplica quod Ipse condam dompnus artalis remansit solus vicarius generalis regni sicilie postmortem dicti condam Regis friderici et pro bono statu regni sicilie et meliori electione dicti regni Ipse dompnus artalis Comunicavit dictum vicariatus officium cum condam manfrido de claramonte condam comite guillelmo deperalta et condam Comite francisco de vigintimilio decausa sciencie dixit ut supra deloco et tempore ut supra dicit vidisse literas dicti condam dompni artalis se scribendis una cum sociis vicariis generalis.

Nobilis Iohannes pixi Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dompnus artalis dealagona fuit fidelis et fidelissimus regibus lodovico friderico et regine marie qui fuit et erat gratus eisdem principibus decausa sciencie dixit quod protali et Intalem habuit ethabebat eum consideratis suis maximis serviciis prestitis per eum dictis regibus parti Cathalane quam semper defensavit et defensabat deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite sue etusque ad eius mortem Itemdixit quod condam dominus Rex ludovicus condam dothinus filius dicti ducis Iohannis dompnus blascus dealagona qui fuit pater dicti condam dompni artalis et condam dominus Iohannes deluna Episcopus Cathaniensis et tunc Cathalanus fuerunt mortui uno eodemque tempore et tem-

pore mortis eorum dicebatur puplice quod mortui fuerunt ex febre pestilenciali deloco Incathania detempore dicit Iamsunt anni ultra sexsaginta Item dixit quod dictus condam dompnus artalis fuit et erat obediens dicto condam domino Regi friderico Cuj Ipse dompnus artalis loquebatur Cum maxima reverencia cum Capite discoperto et Inclinato et quando dictus Rex equitabat per Civitatem Capud equi dicti dompni artalis Ibat ad gruppas equi dicti condam domini regis faciendo sibi maximam reverenciam tamquam suo domino legitimo et naturali qui dompnus artalis tamquam magister Iusticiarius ministrabat Iusticiam petentibus et diligebat officiales et servitores regios Ipsosque bene tractabat et Civitas Cathanie obediebat dicto domino regi ut legitimo domino et naturali qui dominus Rex multum ostendebat et demostrabat habere magnam fiduciam eidem dompno artali Ipsumque diligere et affectare tractando Ipsum Ineius fidelem vassalum decausa sciencie interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat de servitoribus dicti domini regis deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite Ipsius domini regis etusque adeius obitum Item Interrogatus qualiter dictus dominus rex recuperavit terram tauromenii etalia loca tunc detempta perdictum condam Comitem operante Industria etauxilio dicti dompni artalis etc dixit formiter ut Iohannes derocco testis superior Item dixit quod dum dictus condam dominus artalis esset Incivitate Cathanie etprefatus condam dominus Rex veniret adportum longine prefatus condam dominus rex veniret adportum prefatus dompnus artalis Ivit adeumdem regem et Ipsum aduxit ad Civitatem Cathanie faciendo sibi maximam reverenciam quo tempore dicebatur quod Civitas messane noluit dictum dominum regem recolligere sed oviavit ey cum balistis et vilictonibus Inqua Civitate dictus condam dominus Rex etdompñus artalis fecerunt et faciebant residenciam decausa sciencie dixit bene scire ut Ille qui erat Ineadem Civitate et vidit et audivit deloco ut supra detempore dixit tempore tempore vite dicti condam domini regis Item Interrogatus super duobus Capitulis continentibus Ineffectu de succursu dato perdictum Condam dompnum artalem Civitati messane Cumgaleis oneratis frumento et qualiter reportavit victoriam agaleis regine Iohanne neapolis quo tempore Ipsa regina regebat palacium messane etc dixit Inhiis ut dictus Iohannes derocco testis superior excepto quod non recordatur si fuit cum dictis galeis dicti dompni artalis et addidit quod dato dicto succursu testis Ipse se contulit messanam ad presenciam dicti condam domini regis friderici et Invenit Ipsum esse obtentum et verificatum Item dixit quod Ipse dompnus artlais etiam loquebatur dicto regi friderico gen-

tibus flexis et etiam quod Ipse Rex lavabat suas manus tam In Introytu mensis quam Inexitu dictus dompnus Artalis stabat genuflexo ut Interfuit vidit ed audivit deloco incathania et alibi deloco et tempore ut supra Item dixit quod dictus condam dompnus artalis tenuit et tenebat tractavit et tractabat prefatam dominam reginam mariam Cum magna reverencia quam tenebat Cum servitoribus et servitricibus antiquis et honestis et bone condicionis et eius majordomus erat dominus petrus rizari exibendo sibi maximam reverenciam ut sue domine legitime et naturali decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit etaudivit deloco Incathania et Incastro detempore dixit post mortem dicti condam domini regis Item Interrogatus qualitar tempore Capcionis domine regine prefatus dompnus artalis erat absens acivitate Catanie dicit ut proximus Item dixit quod supradictis ambaxiatoribus dicti condam dompni artalis adeum redeuntibus aduce mediolanensi Ipse dompnus artalis acriter minatus extitit eisdem ambaxiatoribus eteos perterruit exeo quod eccesserunt suo mandato et hoc scit ex fama puplica quod ambaxiatores Inde ad certum tempus mortui fuerunt post quorum mortem erat opinio multorum quod mortui fuerunt expredictis terroribus deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod dictus dompnus artalis defensavit et conservavit ac defensabat et conservabat partem Cathalanam Inregno Sicilie prout vidit et audivit Ipsum defensantem dictam partem et fuit et erat Comunis opinio quam Ipse testis habuit et habet pro operante Industria dicti dompni artalis et eo mediante consideratis suis maximis serviciis domus aragonum fuit et est domina regni sicilie et dominavit eidem regno decausa sciencie dixit ut supra deloco Incathania et alibi detempore dixit abannis sexaginta citra Item dixit quod olim lamsunt anni sexsaginta et plus dum dictus condam dominus Rex fridericus esset Incivitate Cathanie et cum eo erat dictus condam dompnus artalis quo tempore maior pars regni et proeorum majorum erat occupata per dictam reginam neapolis et Civitas messane erat occupata per eam et campus et stolus dicte regine esset In terra Iaccii per quem Campum et Stolum Civitas Cathanie paciebatur necessitatem quia dictus Campus et stolus se extendebant usque addictam civitatem et eis guerram faciebant quo tempore prefata pars Cathalana erat deventa ad maximam ad maximam strintionem et contra perdicionem prefatus condam dompnus artalis ordinavit galeas barcas et brigantinos et fieri fecit Inhiis verdiscas seu Castellaniam lignorum etiam ordinavit fana et lanternas Inmagna quantitate et super unaquaque fustarum poni fecit plures lanternas et fana et noctis tempore Ipse dompnus artalis re-

cessit aportu dicte Civitatis eundo Infra mare velut dicitur vulgariter antemari et Inmane sequenti venit novum Indicta civitate quod Ipse dompnus artalis Invasit dictum solum dicte regine neapolis et victoriam reportavit et Illi qui fuerunt Indicta victoria asserebant et dicebant quod Ipse dominus artalis applicans prope stolum predictum fecit accendi dicta fana et lanternas propter quod apparebat maximus stolus et vociferare aragona aragona et quod veniebat a partibus Cathalonie decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut dictum est deloco Incathania Inquo fuerunt adducte tres galee dicti stoli lucrate quas Ipse testis vidit detempore dixit ut supra dicit quod campus de terra recessit aterra Iacii In Itinere ac memoribus maior pars prefate gentis fuit deperdita prout ex fama percepit deperdicione gentium bene scit et vidit quod post dictam victoriam Cives Cathanienses patricabant et Ibant Interritorio Iacii et eadem terra et ante dictam victoriam non poterant exire aporta Iacii Civitatis Cathanie Item dixit quod babita dictam vitoriam prefata pars Cathalana Incepit augmentare et se sublevare decausa sciencie Interrogatus dixit scire bene ex eo quod vidit et audivit dictum dompnum artalem acquirere loca regii demanii occupata per librum (*sic*) Item dixit quod dictus dompnus artalis tenuit et obsedit dictum Castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam Inposse suo oblatam tunc Ineodem Castro existentem et non ut teneret eam obsessam et esset contra eam decausa sciencie dixit scire excomuni gentium opinione quam Ipse testis habuit et habet deloco Incathania detempore tempore dicte obsedionis dicit audivisse a multis quod Ipse dompnus artalis mictebat sibi panem vinum et gallinas Item dixit scire ex ore Cuiusdam Matthey delure quod prefatus dompnus artalis Cumeo transmisit dicte domine regine existenti In Insola sardinie plures pecias panni pro suo usu et tociùs familie Item dixit quod quando venerunt nobiles Cathalani ad dictum dominum artalem sitamquam ambaxatores Ingnorat quibus Ipse dompnus artalis facit et faciebat magnum honorem et eos honorifice tractabat prout vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit post recessum dicte domine regine aregno Item Interrogatus qualiter mortuo dompno artali dompnus manfridus remansit Inregimine suo etiam dixit ut dictus Iohannes derocco testis superior et declarat videndo quod Ipse testis ut ambaxiator Civitatis Cathanie se contulit una cum aliis ambaxiatoribus ad presenciam dicti condam ducis tunc existentis Incampo contra panormum et vidit dictum dominum manfridum Ineodem Campo cum dicto condam duce Item dixit quod dictus condam dompnus artalis post mor-

tem dicti condam domni regis bene et egregie tractavit et tractabat officiales et servitores qui fuerunt dicti condam domini regis friderici tam nobiles quam alios etiam milites dando eis provisiones qui dompnus artalis tenebat multam gentem armigeram provisionatam et ultra provisionem dabat eis mensam et ordeum pro equis decausa sientie Interrogatus dixit benescire et vidit et audivit deloco Incathania detempore ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod Ipse dompnus artalis faciebat prohicere banna sub nomine domine marie In Instrumentis ponebant nomine dicte domine prout vidit et audivit deloco et tempore utsupra Item dixit quod tempore quo dictus condam marchio habuit dictum Castrum monsalini et ante et post fuit et erat inimicus Cumdicto condam tunc duce qui prevalebat Incuria dicti condam ducis et Incitabatur Illis qui erant de cognomine dealagona decausa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania acastro eius detempore ut supra Item dixit scire ex fama puplica quod barones et proceres regni sicilie promajori parte habuerunt et habebant odio dictum condam dompnum artalem exeo quod tenebat partem Cathalanam decausa sciencie dixit ut supra et dixit scire quod dum dictus dompnus artalis esset Interra Calatanixecte Cum Condam domino rege friderico et regina constancia uxore sua dominus henricus declaramonte et dominus fridericus declaramonte et condam Comes franciscus de vigintimilia Insiluerunt noctis tempore dictum condam dopnum artalem ut Ipsum Interficeret decausa sciencie dixit bene scire et vidit et audivit ut Ille qui erat Ineadem terra cum dicto domino Rege qui cum aliis domina regina Ibant ad Urbem panormi ut recíperent coronam et propter dictum Insultum remansit.

Antonius russus Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit scire ex fama puplica quod dictus condam dompnus artalis fuit fidelis regie magestati videlicet regi friderico predicto de loco in Cathania detempore dixit Iam sunt anni quatraginta vel circa Item dixit scire ex relacione multarum personarum quod dictus dompnus artalis defensavit et manutenebat portam Cathalanam et si Ipse non fuisset dicta pars non dominaretur regno sicilie Item dixit scire ex relacione multarum personarum quod dictus dompnus artalis obsedit dictum Castrum auguste ut recuperaret prefatam dominam reginam et non quod esset contra eam et Ipse testis Ita tenuit et tenet deloco Incathania de tempore ut supra.

Tomeus de frugello Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit

quod Ipse testis habuit et habebat prefatum condam dompnum artalem profideli regis friderici Junioris Cuy regi Ipse dompnus artalis exibuit et exibebat magnam reverenciam loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et quando dictus condam dominus Rex equitabat Ipse dompnus artalis Caput equi sui Ibat ad ancas et quando ad gruppas equi seu equitatur Ipsius domini regis faciendo sibi sic equitando maximam reverenciam dequo dompno artali dictus condam dominus Rex ostendebat et demostrabat multum confideri et Ipsum affectare et deligere qui donnus artalis et Civitas Cathanie habebant et tenebant dictum condam dominum Regem Inverum et legitimum regem et naturalem Cuy Ipse dompnus artalis et Civitas Cathanie prestabant obedienciam et reverenciam decausa sciencie dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti domini regis et usque ad eius obitum et quo ad fidelitatem dicti dompni artalis usque ad Ipsius obitum Itemdixit quod dicto condam domino Rege friderico applicante Inportu longine Cum una galea et una galeocta que tunc dicebatur quod Civitas messane noluit eum recipere et dicto domino artali habens novum de adventu dicti domini regis Ineodem portu que (sic) tunc dicebatur quod dictus dominus Rex applicans Ineodem portu transmisit addictum dompnum artalem quendam notificando sibi dictum adventum qui dompnus artalis quodam mane Cum nobilibus dicte Civitatis equitavit et Ivit ad presenciam dicti domini regis Ineodem portu existentis ut dicebatur quod se contulit ad sui presenciam quia Ipse testis non Ivit et de Inde dicti domini venerunt adeandem Civitatem et In Introytu ac Ipse dompnus artalis fecit et faciebat sibi maximam reverenciam et etiam fieri faciebat per Cives dicte Civitatis Inqua residenciam fecerunt et dictus dominus Rex Ineodem Introytu faciebat honorem eidem dompno artali qui tamquam magister Iusticiarius ministrabat Iusticiam petentibus quam Ipse testis habuit et habebat pro Justo de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius domini regis dicit tamen quod dictus dompnus artalis bene et optime tractabat officiales et sevitores regios ipsos affectando et diligendo decausa sciencie loco et tempore ut supra et etiam post mortem suam Ipse dompnus artalis bene tractabat et eis honorem exibebat Item dixit quod olim dictus condam dominus Rex et dompnus artalis residentes Incivitate Cathanie congregarunt gentes armigeras equestres et pedites causa eundi contra Condam Comitem herricum rubeum tunc tenentem terram tauromenii Civitatem messane et alia loca regii demanii et Iverunt contra

dictum condam Comitem henricum et tunc dictus dompnus artalis multum fatigabat Inservicia dicti domini regis adornandum gentem et alia faciendum et de inde ad dies prefatus condam dominus rex recuperavit terram tauromenii Civitatem messane et alia loca regii demanii operante et tractante Industria et auxilio dicti condam domini artalis ut ey fama puplica percepit et quod dicta Civitas cathanie pro recuperacione dictorum locorum fecit plura luminaria decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Incathania detempore dixit dicto domino rege vivente Item dixit quod post obitum dicti condam domini regis friderici prefatus condam dominus artalis Incepit regere et gubernare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii ut vicarius proparte et nomine dicte domine regine qui gubernavit et gubernabat cum solercia et sollicitudine decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam domnus artalis tenuit et tenebat tractavit et tractabat dictam dominam reginam ut dominam suam naturalem et legitimam faciendo sibi magnam reverenciam et loquendo ei cum capite discoperto et Inclinato et quando Ipsa domina equitabat per Civitatem cathanie Ipse dominus artalis equitabat per Civitatem cathanie Ipse dominus artalis equitabat et decquitabat Ipsam Inbrachiis sui quam dominam Ipse dominus artalis tenebat honorifice ut reginam cum servitoribus et servitricibus cum damicellis portariis et quod mayordomus erat condam domnus petrus rizari decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania et Incastro detempore ut supra Item dixit quod prefatus condam dominus artalis tam tempore presencie dicti domini regine quam post etiam absenciam et usque ad obitum dicti condam domini artalis prohicere faciebat banna sub nomine dicte domine regine prout Ipse vidit et audivit deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod tempore quo dicta domina regina fuit capta a castro ursine per dictum condam guillelmum raymundum tunc Inimicum dicti dompni artalis et ita se tractabant prefatus dompnus artalis fuit et erat absens a Civitate Cathanie decausa sciencie dixit clare recordari ut ille qui erat In Civitate Cathanie item dixit quod dictus dompnus artalis post eius redditum addictam Civitatem demostravit et demostrabat habere magnum dolorem decapcione predicta deloco Ineadem Civitate de tempore ut supra Item dixit quod mortuis et defunctis sopradictis ambaxiatoribus fuit et erat comunis opinio omnium et publice et palam dicebatur quod Ipsi mortui fuerunt ex terroribus et turturis absertis eis factis per dictum condam dompnum

artalem deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod fuit et erat comunis opinio quam Ipse testis habuit et habet quod dictus condam dompnus artalis defensavit et conservavit Indicto regno partem Cathalanam et quod domus aragonum erat et est domina sicilie et dominata eidem regno eo presertim Idem testis habuit et habet eandem opinionem quod post mortem dicti condam domini regis friderici venerunt ambaxiatores condam domini regis petrus aragonum quibus Idem dompnus artalis exibuit et exibebat magnum honorem faciendo eis dare pulsatam et mictendo eis equos ut equitarent Interra et faciendo eis missiones et quadam vice condam dominus gilibertus de truhigles fuit passus neofragium cum quadam galea et venit addictum dompnum artalem cui fecit et exibuit magnum honorem etiam Cathalani tam mercatores quam alii erant bene tractati Incivitate cathanie prout Interfuit vidit et audivit deloco Ineadem Civitate detempore dixit tempore vite Ipsius dompni artalis Item dixit quod tempore quo dictus condam dominus artalis tenui obscissum castrum auguste Inquo erat dicta domina regina prefatum castrum tenebat obscissum ut recuperaret eandem dominam reginam aposse suo ablatam et non ut eam teneret obscissam et contra eam decausa sciencie Interrogatus dixit ex comuni gentium opinione et ita erat fama publica quam opinionem Idem testis habuit et habet eo presertim quod si Ipse dompnus artalis Ivisset contra dictam diminam reginam actualiter fecisset machinas seu trabucas contra dictum castrum Iusta credulitatem dicti testis etiam quod Ipse dopnus artalis transmisit quandam galeam et unam galeoctam ad recuperandum eandem dominam ante quam esset In eodem castro et ex eo quia stefanus di carbuni patronus galee et antonius caracura patronus galiocte ovjantes dicte domine regine super quadam galeam recusarunt Invadere eandem galeam propter quod Ipse dopnus artalis fecit eos carcerari Jaccii et eos tenuit Carceratos Ineadem Certo tempore et habuerunt Indignacionem dicti dopni artalis ex quibus Ipse testis firmiter habuit et habet dictam opinionem Item dixit scire ex relacione multorum quod Ipse dompnus artalis transmictebat eidem domine existenti Ineodem castro gallinas panem et vinum pro mensa sua Item Interrogatus qualiter mortuo dicto dopno artali remansit In suo regimine prefatus dopnus manfridus Item dixit ut Joannes pissis testis superior excepto quod Ipse testis non fuit Incampo panormi Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis friderici prefatus dopnus artalis tenuit et tenebat Incuria sua officiales et servitores dicti condam domini regis quibus exibebat honorem et dabat provisiones etiam Ipse dopnus artalis tenebat multam gentem armi-

geram provisionatam et ultra provisionem dabat mensam et ordeum prout dixit bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra et usque at eius obitum Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis frederici prefatus dopnus artalis pro pacifico statio regni sicilie et meliori elecione elegit comunicari officium vicariatus dicti regni Cum Comite francisco de vigintimilis comite guillelmo de peralta et manfrido de claramonte de causa sciencie dixit scire voce et fama puplica referente deloco Incathania detempore ut supra

Venerabilis presbiter guillelmus de curmida Civis Cathaniensis Iuratus et Interrogatus a manibus propriis dixit quod tempore quo Ipse testis habuit et habebat prefatum condam dopnum artalem pro fideli tam regi lodovico quam regi ferderico consideratis suis maximis serviciis deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit quod dictis condam dominus rex lodovicus condam dulcinecta filius ducis Joannis condam dominus blascus dealagona pater dicti condam dopni artalis et condam dominus Johannes deluna episcopus cathaniensis mortui fuerunt In Civitate Cathanie uno eodemque tempore Ignorat declarare si fuerunt mortui ex febre de causa scientie dixit clare recordari Item dixit quod dictus condam dopnus artalis fuit obediens dicto condam domino regi friderico Cui fecit et faciebat exibuit et exibebat maximam reverenciam loquendo sibi Cum Capite discoperto et inclinato et quando dictus rex equitabat per Civitatem Capud equi dicti condam dopni artalis Ibat ad gruppas equi dicti domini regis et quando dictus rex faciebat sibi signum cum manu Intelligendo quod ulterius transiret et dictus dopnus artalis Ibat et loquebatur sibi cum Capite discoperto et Inclinato super equo qui dompnus artalis tamquam magister Justiciarius ministrabat petentibus Justiciam quam Ipse testis habuit pro Justo qui fecit et faciebat exibuit et exibebat honorem officialibus et servitoribus dicti condam domni regis Ipsosque diligebat prout obstendebat qui dominus rex demostrabat et obstendebat multum se confidere dedicto dopno artale Ipsumque diligere et affectare et tam Ipse dompnus artalis quam Universitas Civitatis Cathanie regebant et habebant eundem dominum regem provero legitimo et naturali rege et domino sibi prestando obedienciam et reverenciam de causa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Civis dicte Civitatis deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti condam domini regis et usque ad eius obitum Item Interrogatus qualiter dicto domino rege vivente Inportu

lognina dictus dopnus artalis Ivit ad eum et testis dixit ut proximus Item interrogatus qualiter dictus dominus rex fridericus recuperaverit terram tauromenii Civitatem messane et alia loca regii demanii tunc detenta per dictum comitem herrigum operante Industria dicti condam dopni artalis et cetera dixit formiter ut Idem proximus Item dixit quod olim dicta Civitas messane dum esset sub obediencia dicti domini regis ferderici et supra dictum palacium regeretur per reginam Johannam neapolis Ipsaque Civitas esset Inpenuria formenti dictus dopnus artalis existens Incivitate Cathanie oneravit quandam navectam et duos galeas formento et farina et personaliter ivit super galeas ut succurreret dictam Civitatem et pro Inde fuit habitum novum et fuit fama puplica quod Ipse dompnus artalis Indispectu septem galearum regine Joanne Intravit messanam et eam succursit et furnivit et illi qui iverunt Cum dopno artali sic asserebant postquam dictus dopnus artalis reddit ad Civitatem Cathanie et iterato onoravit dictas galeas formento et recessit ab eadem Civitatem Cathanie et iterato oneravit dictas galeas formento et recessit ab eadem Civitate causa eundi messanam et de Inde addies fuit fama puplica In eadem Civitate cathanie quam Ipse dompnus artalis recollexit per insolam sicilie galias et galioctas et dum esset In muri milaczi oviavit dictis galeis dicte regine et fuerunt Inbello et dictus dopnus artalis victoriam reportavit et iterato succurit messanam et hoc scit ex fama puplica ut supra decausa sciencie Interrogatus dixit ut supra et Interfuit vidit et audivit Ipsum dompnum artalem dictis duobus vicibus onerare ut supra dictum est de loco Incathania detempore Iam sunt anni ultra quinquaginta Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis bene tractabat dictam dominam reginam et qualiter tempore sue capcionis Ipse erat absens a Civitate cathanie et sic dixit Inhiis omnibus formiter ut proximus Item Interrogatus qualiter operante dicto dopno artali et cum Industria domus aragonum est domina sicilie et sic dixit Inhiis formiter ut Idem proximus Item dixit quod olim Iam sunt anni sexsaginta duo et plus dictus condam dominus rex ferdericus predictus tunc parvulus esset In Civitate Cathanie quo tempore mayor pars regni sicilie et Inter alia loca messana erat occupata per dictam reginam neapolis et aliquid barones sicilie concurrebant cum eadem regina et eadem regina per alium nominis sui teneret campum tam per mare quam per terram Interra Jaccii per quem campum Civitas cathanie paciebatur necessitatem et restrinxionem prefatus condam dompnus artalis taliter tractavit et ordinavit quod habuit galeas duas et duas galeoctas et barcas et Inhiis fieri fecit castellamina

lignaminum et ordinavit fana et lanternas et de hiis fulcivit prefatas fustas et recessit aportu Civitatis cathanie et Inmane sequenti fuit habitum novum quod dictus dopnus artalis Invasit dictum stolum prefate regine et orta fuit fama publica et victoriam reportavit et Illi qui fuerunt Cum dicto dopno artali Indicta victoria asserebant et dicebant quod Ipse dopnus artalis tenuit habuit modum videlicet quod Ivit Infra mare et de Inde reddit versus dictum stolum et sicut fuit prope eum accendi fecet lanternas et fana Inmagna quantitate taliter quod apparebat maximus stolus vociferando aragona aragona et Invasit dictum stolum et victoriam reportavit taliter quod In Civitate cathanie adduxerunt tres galeas dicte regine Inportu Civitatis Cathanie et multi homines dictarum galearum venerunt percussi In Civitate cathanie qua victoria optenta campus de terra recessit et fuit fama publica quod quasi tota dicta gens dicte regine fuit deperdita Innermeribus et ab eo tempore citra dictus condam domnus rex ferdericus Incepit aumentare et se sublevare de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut dicta sunt deloco Incathanie de tempore dixit ut supra videlicet quod In mense mayi proxime futuri erunt completi anni sexsaginta tres Item dixit quod tempore quo dictus dopnus artalis obscedit prefatum castrum auguste In quo erat dicta domina regina Id obscedit ut recuperaret eandem dominam et non ut eam teneret obsessam et contro eam guerram faceret decausa sciencie Interrogatus dixit scire ex comuni gentium opinione quam Ipse testis habuit et habet dicit quod In Civitate Cathanie dicebatur quod dictus condam dopnus artalis transmictebat ei existenti In eodem castro gallinas panem et vinum provita sua item dixit quod post mortem dicti condam dopni regis ferderici addictum dopnum artalem venerunt ambaxiatores condam domini regis petri regis aragonum quibus Ipse dompus artalis fecit et faciebat magnum honorem et dum quodam die Ipse dompus artalis et dicti ambaxiatores loquerentur Insimul Incastro Civitatis Cathanie Ipse dopnus artalis nominavit dictum dominum regem petrum lu signuri re d' aragona Intelligendo pro dicto domino rege petro et sic dominum regem Ipse condam dopnus artalis nominavit Ipsum dominum regem lu signuri re d' aragona et quot vicibus Ipse dompnus artalis nominavit dictum regem nomine quo supra tot vicibus ipse dopnus artalis auferebat caputeum suum a capite suo decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa deloco In dicto castro ursino In quo Ipse testis casualiter se reperivit detempore ut supra.

IIII° aprilis XII Inditionis

Nobilis Matheus de berlione Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod condam dopnus artalis supradictus tempore vite sue et usque ad ejus obitum fuit et erat regius fidelis qui erat dicto condam domino regi ferderico fidelis pro tali et intalem habuit et habebat eum qui fecit et faciebat maximam reverenciam eidem domino regi loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et quando dictus dominus rex equitabat per Civitatem Capud equi dicti dopni artalis Ibat ad gruppas equitature dicti domini regis faciendo sibi semper maximam reverenciam qui condam dominus rex ostendebat et demostrabat multum se confidere de dicto dopno artali Ipsumque affectare et diligere qui dopnus artalis et Civitas Cathanie habebant eundem dominum regem pro vero legitimo et naturali rege et obediebant ei ut eorum domino qui dopnus artalis servitores et officiales dicti regis bene tractavit et tractabat eisdem exibiendo honorem decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire ut Civis dicte Civitatis et bene sensit et novit ac vidit et audivit deloco Incathania de tempore dixit tempore vite dicti condam domni regis et usque ad eius obitum dicit quod dictus dopnus artalis tamquam magister Justiciarius ministrabat Justiciam petentibus qui testis habuit et habebat eum pro Justo de causa sciencie loco et tempore dixit ut supra Item Interrogatus qualiter dominus rex receperavit terram tauromenii Civitatem messane et alia loca tunc detenta per dictum dominum Comitem operante Industria dicti condam dopni artalis et cetera dixit formiter ut proximus Item dixit quod post mortem dicti condam dopni regis ferderici prefatus condam dopnus artalis ut vicarius Incepit regere et gubernare nonnullas Civitates terras et loca regii demanii pro parte et nomine dicte domine regine marie qui regebat et gubernabat cum diligencia et sollercia decausa sciencie Interrogatus dixit bene scire pro tanto quod Ipse dopnus artalis prohicere faciebat banna pro parte et nomine dicte nomine regine tam tempore quo Ipsa erat presens Inregno quam tempore sue obsencie aregno et usque ad obitum dicti dopni artalis de bamnis deloco Incathania Item dixit quod dictus dopnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam dicte condam domine regine marie loquendo sibi cum capite discoperto quam bene tractavit et tractabat tenendo eam cum servitoribus et servitricibus antiquis honestis et bone fame et erat eius mayordomus condam dominus petrus rizaris miles decausa sciencie Interrogatus dixit bene scire predicta et vidit et audivit de

loco Incathania detempore post mortem dicti condam domini regis Item Interrogatus qualiter tempore Capcionis dicte domine regine acastro ursino dictus dopnus artalis erat absens etcetera dixit ut antonius tudiscus testis superior Item dixit quod dictus dopnus artalis obstendit et obstendebat ac demostrabat habere magnum dolorem de capcione dicte domine regine deloco Incathania detempore post eius redditum ad eandem civitatem Item dixit quod dicta domina regina filia dicti condam domni regis fuit et erat regine sicilie et proregine sicilie habebat omnia et tenebatur et tractabatur Item dixit scire ex fama et ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habuit et habet consideratis suis assertis maximis servigiis factis parti catalonie quod Ipse dopnus artalis defensavit dictam partem catalanam et Ipso operante domus aragonum dominatur sicilie et est domina et patrona dicti regni deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite sue et post eius obitum Item dixit scire ex fama puplica pluries et pluries pervulgata et narrata quod existente Campo Interra Jaccii per mare et per terram regine neapolis dictus dopnus artalis Cum galeis brigantinis et barcis noctis tempore Invasit dictum stolum prefate regine et reportavit victoriam quo tempore Ipse dompus artalis reposuit In magno periculo et tunc pars cathalana erat deventa ad exterminium decausa sciencie dixit predicta scire ut supra deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite dicte dopni artalis et post eius obitum Item dixit scire ex fama puplica quod dictus dopnus artalis tenebant obsessum prefatum castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam a posse suo ablatam existentem tunc In eodem castro et non ut esset contra eam nec faceret guerram contra eam et Ipse testis est opinionis quod propterea faciebat deloco fama Incathania detempore dixit tempore dicte obsedionis Item dixit quod aliquociens veniebant addictum dopnum artalem nobiles catalani apartibus catalonie ut asserebatur si erant ambaxiatores dixit Ignorare quibus Ipse dopnus artalis fecit et faciebat magnum honorem decausa sciencie dixit bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti dompni artalis Item dixit quod mortuo dicto condam dompno artali prefatus condam dopnus manfridus remansit rector et gubernator Inregimine dicti condam dopni artalis qui gubernavit usque ad eventum dictorum condam dominorum principum et fuit Incanpo contra panormum Cum dictis dominis retroprincipibus decausa science dixit quod Interfuit vidit et audivit Ipsum regere et gubernare In Civitate Cathanie eumque Ineodem canpo Cum eisdem dominis Item dixit scire ex fama quod prefatus condam dopnus artalis remansit solus vica-

rius ordinatus per dictum condam regem et Ipse pro bono statu dicti regni ordinavit et fuit contentus habere socios Indicto vicariatu videlicet condam manfridum de claromonte condam comitem guillelmum de paralta et condam comitem franciscum devigintimilio deloco Incatania detempore dixit post mortem predictam.

Nobilis nicholuchius demigliarisio Civis Civitatis cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dopnus artalis fecit et faciebat magnam reverenciam prefato domino regi frederico loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et quando dictus dominus rex equitabat capud equi dicti dopni artalis ibat ad gruppas equi dicti regis et quando Idem domnus rex faciebat signum Cum manu eidem dopno artali comprendendo quod ulterius transiret et Ipse dopnus artalissic equos (sic) loquebatur ei cum capite discoperto et Inclinato qui dominus rex ostendebat et demostrabat habere magnam fiduciam eidem dopno artali decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti regis et usque ad eiusdem obitum Item Interrogatus qualiter dictus dominus rex recuperavit terram tauromenii messanam et alia loca tunc detenta per dictum condam dominum Comitem operante Industria dicti dopni artalis dixit formiter ut proximus Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis ferderici prefatus condam dopnus artalis Incepit regere et gubernare ut vicarius pro parte dicte domine regine marie gubernabat non nullas Civitates terras et loca regii demanii qui gubernabat cum diligencia et sollicitudine decausa sciencie dixit bene scire et vidit et audivit Ipsum regere deloco Incivitate cathanie detempore ut supra Item dixit quod dictus condam dopnus artalis fecit et faciebat exibuit et exibebat prefate domine regine tamquam domne legitime et naturali magnam reverenciam loquendo sib cum Capite discoperto quam bene tractavit et tractabat tenendo eam cum servitoribus et servitricibus damicellis antiquis et honeste fame et eius mayordomus erat et fuit condam dominus petrus rizari miles decausa sciencie Interrogatus dixit premissa bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit post mortem dicti condam domini regis Item dixit quod dictus dopnus artalis emictere faciebat bamna et proclamata sub nomine dicte domine lictereque emanabant a magna regia curia emanabant sub titulo dicte domine et etiam notarii Intitulabant eam In Instrumentis decausa scientie Interrogatus dixit premissa bene scire et Interfuit vidit et audivit ut ille qui erat cum dicto dopno artali de loco Incathania detempore dixit uxquead eius obitum Item dixit quod redeuntibus

dictis ambaxiatoribus ad prefatum condam dompnum artalem Ipse dopnus artalis male tractavit et tractabat dictos ambaxiatores et dicebatur quod dictus dopnus artalis minatus extitit eis et Indignatus contra eos ex eoquod excesserunt mandato suo qui ambaxiatores Inde ad modicum tempus mortui fuerunt et post Ipsorum mortem puplicem dicebatur quod mortui fuerunt ex terroribus et minis dicti condam dopni artalis decausa sciencie dixit ut supra et Interfuit vidit et audivit Ipsum dopnum artalem eos male tractantem et de morte et deloco In cathania detempore ut supra Item dixit quod ipse testis fuit et est opinionis et credulitatis consideratis asssertis servigiis dicti dopni artalis quod domus aragonum fuit et est domina sicilie et dominatus ei operante Ipso dopno artali et eius Industria et eandem opinionem multe et diverse persone habuerunt et habebant deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et post eius obitum Item Interrogatus super dictis duobus capitulis continentibus Ineffectu victoriam quam dictus dopnus artalis reportavit contra canpum Jaccii dixit formiter ut proximus Item dixit quod dictus condam dompus artalis tempore quo obsedit supradictum castrum auguste Inquo tunc erat dicta domina regina non obsedit Id ut teneret actualiter eandem dominam obsessam nec esset nec faceret guerram contra eam sed Id faciebat ut eandem dominam recuperaret tamquam a posse suo ablatam decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire ex eo quia Ipse dopnus mictebat eidem domine regine quotidie panem vinum carnes et gallinas et Ita erat comunis opinio quam Ipse testis habuit et habet et Interfuit vidit et audivit prefatum dopnum artalem transmictentem eidem domine ut supra deloco Inobsedione detempore ut supra Item dixit quod tempore quo prefata domina regina fuit capta a castro ursino prefatus dopnus artalis fuit et erat Incivitate messane qui dopnus artalis habito dicto novo obstendidit et demostravit ac demostrabat habere maximum dolorem decapcione predicta et Ipse testis Intellexit relata aliquorum Intrinsicorum dicti dompni artalis quod Ipse flevit amare decausa sciencie dixit bene scire et vidit et audivit ut ille qui erat tunc Cum dicto dopno artali In Civitate messane Item dixit quod post recessum prefate domine regine a regno sicilie ad eundem dopnum artalem venerunt ambaxiatores condam domini regis petri quibus Ipse dopnus artalis exibuit et fecit et faciebat magnum honorem nominando et vocando dictum condam dominum regem petrum dominum regem et Interrogando de eius convalessencia quibus fecit dare pusatam et fieri faciebat eis missiones et etiam aliis Catalanis fieri faciebat magnum honorem secundum eorum condicionem et alii Catalani erant

benetractati decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat cum dicto dopno artali deloco Incathania detempore ut supra Item dixit qualiter mortuo dicto condam dopno artali prefatus dopnus manfridus remansit rector et gubernator et cetera dixit formiter ut proximus Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis Ipse dompus artalis bene tractavit et tractabat officiales et servitores dicti regis et etiam milites provisionatos ab eodem domino rege quibus dedit et dabat magnas provisiones et missiones et etiam Ipse dopnus artalis tenuit et tenebat multam gentem armigeram Cui dabat magnas provisiones et missiones quam gentem regebat pro statu pacifico sui regiminis decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire ut ille qui erat cum dicto dopno artali et tenebat quaternum dictorum provisionatorum deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod vivente dicto condam domino rege et tacente et vidente Ipse dopnus artalis tenebat patrimonium Jaccium calatabianun et mineum recipiendo redditus et proventus creando Inhiis officiales et segerendo Indominum et patronum et morabantur loca magnificalia et habebat Indicem de per se decausa sciencie Interrogatus dixit quod vidit et Interfuit et audivit premissa deloco Incathania et alibi detempore ut proximus Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis comunicavit officium vicariatus Cum aliis baronibus etcetera dixit ut proximus.

Nictus de massaro Civis Cathanie Juratus et interrogatus dixit quod dictus condam dopnus artalis dealagona fuit et erat fidelis regius tam dicto condam domino regi ferderico quam domine regine marie quam et domui aragonum decausa sciencie Interrogatus dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum consideratis supra assertis maximis servigiis deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius dopni artali et usque ad eius obitum item dixit quod post mortem dicti condam dopni regis ferderici Ipse condam dopnus artalis ut vicarius et pro parte domine regine marie Incepit regere et gubernare pro parte et nomine dicte regine gubernando regendo cum sollecitudine et diligencia decausa sciencie dixit benescire pro tanto quod Ipse tempore predicto et usque ad eius obitum fecit et faciebat prohicere bampna proparte et nomine dicte domine regine marie et vidit et audivit Ipsum regere et gubernare et se tractare vicarium deloco Incathania detempore ut supra Item Interrogatus qualiter mortuo dicto condam dopno artali prefatus dopnus manfridus remansit rector et gubernator etcetera dixit ut proximus excepto

erat Incivitate cathanie et ea senciebat et comprendebat ex fama publica Item Interrogatus qualiter mortuo dicto condam dopno artali prefatus dopnus manfridus remansit rector et gubernator etc. dixit ut Joannes deberlione testis superior.

Sire Joannes guarna Civis Cathanie Juratus et Interrogatus super fidelitate predicta dixit ut proximus Item dixit olim condam rex lodovicus condam dulcinus filius ducis Joannis condam dopnus blascus dealagona pater dicti condam dopni artalis et condam episcopus Johannes episcopus cathaniensis tunc mortui fuerunt quasi uno eodemque tempore et dicebatur quod fuerunt mortui ex febre pestinenciali de causa scientie Interrogatus dixit clare recordari quod mortui fuerunt uno eodemque tempore deloco Incathania detempore dixit Jam sunt anni ultra sexaginta Item dixit quod dictus condam dominus rex lodovicus tenuit et tenebat dictum condam dopnum artalem ut eius fidelem affectando Ipsum et ipse dopnus artalis serviebat eidem domino decausa scientie dixit scire protanto quod Ipse dopnus artalis equitabat posteum et ibat cum eo et stabat In Civitate Catanie sub fidelitate dicti domini regis deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti domini regis lodovici Item dixit quod dictus condam dominus rex lodovicus mortuus extitit superstite sibi domino rege ferderico fratre suo qui successit Inregno sicilie decausa scientie Interrogatus dixit scire protanto quod dictus dominus rex ferdericus successit Inregno sicilie post mortem dicti domini regis lodovici Item Interrogatus qualiter dictus condam dominus rex ferdericus recuperavit terram tauromenii messanam et alia loca regii demanii tunc detenta per dictum condam comitem herrigum operante Industria dicti condam dopni artalis dixit ut magister antonius rizius testis superior Item dixit quod olim Jam sunt anni ultra quinquaginta dum sacrum palacium messane regeretur per dictam reginam neapolis et incivitate messane esset condam dominus rex ferdericus predictus et haberet penuriam formenti et vini dictus dopnus artalis existens In Civitate Cathanie habuit aliquas galeas et galeoctas quas onerare fecit formento et vino causa succurrendi messanam ante quam Civitatem erant galee dicte regine neapolis qui dopnus artalis Cum eisdem fustis personaliter se contulit ad Insolam melivetanam ut posset habere alias fustas et pro Inde se contulit ad terram milacie et dum esset Ibi quodam mane apparuerunt octo galee dicte regine neapolis quibus apparentibus fuit dictum Inter fustas dicti dopni artalis quod patroni consulebant eidem dopno artali quod remaneret Interra ne forte Ipse perderetur

et pars catalana esset deperdita qui dopnus artalis habuit respondisse dictis patronis quod pocius volebat mori quam Interra remanere et hoc scit ex assercione puplica asserta super dictis fustis tandem Ipse dopnus artalis cum dictis fustis suis honeratis formento et vino Ivit versus messanam et fuerunt Inbello cum galeis dicte regine neapolis que galee dicte regine superabant fustas dicti dopni artalis et anbo stoli expugnarunt et dictus dopnus artalis victoriam reportavit et cum dicta victoria Intravit messanam quam succursit et tunc dicta Civitas erat Inmaxima penuria et fecit maximum gaudeum desuccursu predicto decausa scientie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut ille qui fuit Cum fustis dicti condam dopni artalis Inloco utsupra detempore dixit ut supra Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis conservavit regnum sicilie pro dopno rege ferderico et domus aragonus dominatur sicilie operante Industria dicti dopni artalis dixit ut proximus Item Interrogatus super capitulis tangentibus victoriam reportatam per dictum condam dopnum artalem contra Canpum Jaccii etcetera dixit formiter Inomnibus per extensum ut guillelmus decalmida testis superior et declarat quod testis Ipse tunc temporis erat talis etatis quod habebat filios dicit quod recordatur quod tunc Inecclesia beate agate mayoris Inverecundiam lilii arma dicti lilii fuerunt suspensa Inquodam baculu ut memoriam testificarent dedicta victoria et modica tempora sunt elapsa quod dicta arma fuerunt ablata aloco Inquo erant Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis obsedit castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam etc. dixit formiter ut proximus.

Chiccus debindo Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dopnus artalis fuit fidelis et fidelissimus domino regi ferderico domina regine marie et domui aragonum decausa scientie quod protali et Intalem habuit eum consideratis suis maximis assertis serviziis deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item Interrogatus super maximam reverenciam quam Ipse dopnus artalis fecit et faciebat dicto domino regi ferderico dixit Inomnibus per extensum formiter ut nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus qualiter dominus rex predictus venit Inportu lognine et dopno artalis predictus habens novum de adventu dicti domini regis Ivit ad eum et dixit formiter ut dominus nicolaus demassaro testis superior Item Interogatus qualiter dictus dominus rex recuperavit terra tauromenii messane et alia loca regii demanii tunc detenta per dictum condam comitem dixit

formiter per extensun ut dominus nicolaus testis superior Item Interrogatus qualiter ambaxiatores messanenses presentarunt claves Civitatis dicto dopno artali et Ipse remisit eos ad dominum regem tunc existentem' Interra castigloni dixit formiter ut dominus nicolaus Item dixit quod olim dum Civitas messane esset sub fidelitate regis ferderici et haberet penuriam formenti et vini prefatus condam dopnus artalis existens In Civitate Cathanie super galeys et aliis fustis onerari fecit formento et vino et recessit ab eadem Civitate et fecit Iter ab extra et dum dictus dopnus artalis Cum eisdem fustis oneratis esset Interra milazi apparuerunt quodam mane galee dicte regine neapolis que stabant ante messanam quibus apparentibus prefatus dopnus artalis Cum dictis fustis oneratis Ivit contra easdem galeas non parcendo periculis persone sue et tandem victoriam reportavit et Cum eadem victoria Intravit messanam et Ipsam furnivit que erat Inmaxima penuria que Civitas fecit magnum gaudeum dedicto formento decausa scientie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut Ille qui fuit super dictis galeis dicti dopni artalis tunc servitor eius delocis ut supra detempore Jam sunt anni ultra quinquaginta Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis gubernavit et gubernavat nonnullas Civitates terras et loca regii demanii ut vicarius nomine et proparte dicte domine regine et qualiter Ipse bene tractabat et faciebat ei maximam reverenciam Ipsam equitando et deequitando Inbrachiis suis et tenendo eam Cum servitoribus et servitricibus et qualiter faciebat emictere bapna nomino suo et titulabatur Indictis Instrumentis dixit Inomnibus per extensum formiter ut dictus dominus nicolaus testis superior Item Interrogatus qualiter tenpore quo dicta domina regina fuit capta a castro ursino per dictum condam guillelmum deraymundo dictus dopnus artalis erat absens et qualiter habuit magnum dolorem dedicta captura etc. dixit formiter ut nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus qualiter redeuntibus supradictis ambaxiatoribus adicto duce mediolanense et Ipsi mortui fuerunt exterroribus dicti dopni artalis etc. dixit formiter ut nicolaus deungaro testis superior Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis conservavit regnum sicilie et domus aragonum fuit et est domina dicti regni operante dicto dopno artalis etc. dixit ut dictus nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus super capitulis tangentibus factum victorie per dictum dopnum artalem reportate contra canpum Jaccii dixit formiter ut dictus nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis sibi obsedit castrum auguste Id fecit ut recuperaret dictam dominam reginam dixit formiter ut proximus Item dixit quod

quadam vice venerunt In Civitate cathanie nobiles catalani si tanquam ambaxiatores Ingnorat quibus Ipse dopnus artalis fecit et faciebat magnum honorem equitantes simul per Civitatem et fieri faciebat missiones eis de causa sciencie Interrogatus dixit bene scire et Interfuit vidit et audivit eo presertim quod Johannes deberlione erat mayordomus dictorum nobilium catalanorum deloco Incathania detempore dixit post capcionem dicte domine regine et eius absensenciam aregno Item dixit quod dictus dopnus artalis fecit et faciebat honorem servitoribus qui fuerunt dicti condam domini regis ferderici dando eis provisionem et etiam tenuit et tenebat gentem armigeram magno numero pro securitate sui dominii quibus dabat provisionem et ultra provisionem dabat mensam et ordeum pro equis decausa sciencie loco et tempore dixit ut dominus nicolaus demassaro testis superior.

XI aprilis XII Inditionis

Magister Johannes dericco pellesterius Juratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dopnus artalis fuit et erat fidelis regi ferderico regine marie et domui aragonum decausa scientie dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum consideratis suis servigiis deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item Interrogatus super reverenciis et obedienciis quas Ipse dopnus artalis prestabat dicto regi ferderico et qualiter dominus rex obstendebat Ipsum affectare etiam dixit In omnibus per extensum formiter ut nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus qualiter dominus rex predictus recuperavit terra tauromenii messanam et alia loca regii demanii tunc detempta per dictum condam Comitem operante Industria dicti dopni artalis etc. dixit ut proximus excepto quod Ipse testis non fuit personaliter sed ex fama puplica bene vidit dictos condam dominos congregantes gentes exeuntes a Civitate cathanie procausa predicta Item Interrogatus qualiter prefatus dopnus artalis Cum galeys succursit messanam et reportavit victoriam contro galeas regine neapolis etiam dixit ut Johannes derocco testis superior excepto quod non recordatur de navi nec de aliqua navi Item dixit quod olim Jam sunt anni sexaginta et plus dum Canpus tam per mare quam per terram dicte regine neapolis esset Interra Jaccii quo tempore mayor pars regni et precipue messana erat occupata perdictam reginam ut publice dicebatur et adicto Canpo Civitas Cathanie erat valde oppressa et paciebatur necessitatem et gens canpi veniebat ante cathaniam et faciebat magnam guerram contra

dictam Civitatem et etiam galee veniebant In qua Civitate erant dominus rex ferdericus predictus et prefatus dopnus artalis et tunc pars Catalana erat deventa Inmagno exterminio prefatus dopnus artalis habuit galeas brigantinos et barcas et poni fecit super his lanternas et fana Inmagno numero et Ipse dopnus artalis recepit Cum eisdem fustis et Inmane seguenti fuit habitum novum In eadem Civitate quod prefatus dopnus artalis Invasit dictas galeas dicte regine et eas distruxit et victoriam reportavit et ita fuit veritas et dicebatur per illos qui fuerunt Cum dicto dopno artali quod Ipse Ivit Infra mare et postea reddit sicut fuit prope galeas dicte regine accendi fecit lanternas et fana In magno numero obstendendo esse maximum stolum et venire apartibus orientibus et sic Invasit stolum dicte regine et reportavit dictam victoriam que fuste dicti condam dopni artalis adduxerunt ad Civitatem Cathanie aliquas galeas dicte regine captas Indicta victoria qua victoria reportata canpus deterra recessit et ante Civitas Cathanie fuit liberata et prefatus dominus rex Incepit aumentare et se subvenire de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut dictum est deloco Incathania detempore ut supra dicit quod dicto canpo seu obsedione existente Indicta terra ut supra prefatus dopnus artalis Insero ibat per Civitatem Cathanie Cum fanis prope menia Custodiendo eandem Civitatem et dicendo gentibus viva lu signuri re et gentes habitatores dicte Civitates Inconfortando et poni faciendo lapides super meniis et multum faticando circa custodiam dicte Civitatis et Interrogatus vidit et audivit deloco et tempore ut supra Item consideratis premissis serviziis Ipse testis fuit et est opinionis quod operante dicto dopno artali et eius Industria domus aragonum est domina regni sicilie et Ipse conservavit et defensavit partem catalanam.

Antonius detimera habitator terre leontini Juratus et Interrogatus super fidelitate dicti condam dopni artalis dixit ut proximus Item Interrogatus super reverenciis et obedienciis prestitis per dictum dopnum artalem eidem domino regi ferderico etc. dixit formiter ut proximus Item dixit quod post mortem dicti domini regis ferderici prefatus dopnus artalis Incepit regere et gubernare pro parte et nomine regine marie predicte qui regebat et gubernabat ac rexit et gubernavit nonnullas Civitates terras et loca regii demanii gubernando Cum diligencia et sollecitudine decausa scientie dixit scire protanto quod Ipse dopnus artalis Inlicteris quas Ipse scribebat officialibus suis scribebat sub titulo et nomine dicte regine marie etiam creavit dictum testem Invice portulanum terre leontini et Inlictera

concessionis dicti officii erat tilulatum nomen dicte domine et erat sigillatum cum sigillo magno dicte domine regine etiam emictere faciebat bapna Interra leontini sub nomine dicte domine et In Civitate Cathanie eodem modo bapna emictebantur et Instrumentis ponebatur nomen dicte domine prout Interfuit vidit et audivit deloco Inleontino et Incathania de tempore dixit ut supra et usque ad Ipsius dopni artalis obitum Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis defensavit partem catalanam et Ipso operante et tractante domus aragonum fuit et est domina sicilie et dominatur eidem regno decausa scientie dixit predicta clare scire voce et fama publica referente et ex comuni opinione gentium et Ipse testis fuit et est ipsius opinionis deloco Inleontino et Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius dopni artalis et usque ad eius obitum Item dixit scire ex fama publica quod dictus dopnus artalis fecit magna et ampla servicia domui aragonum et reportavit multas victorias contro rebellis regis ferderici deloco Incathania et Inleontino detempore dixit ut supra Item dixit quod Ipse testis fuit et est opinionis quod prefatus dopnus artalis obsedit dictum castrum auguste Inquo erat dicta domina regina ut recuperaret dictam dominam et non ut faceret guerram contra eam decausa scientie dixit ut supra et vidit et audivit alios habentes eandem opinionem et publice dicebatur deloco Inleontino et Incathania detempore dixit tempore dicte obsedionis et post dicit confirmando suam opinionem quod Ipse dopnus artalis destituit stefanum decarboni officio Carceris Capitani Civitatis Cathanie et Indignatus fuit contra eum ex eo quia Ipse dopnus artalis transmisit eum Cum una galea et galiocta ad recuperandam eandem dominam et Ipse stefanus ovians dicte domine super quadam galea recusavit eadem galeam Invadere et Ipsa decausa dictus dopnus artalis Indignatus extitit contra eum ut supra prout dixit predicta benescire tamquam notoria Item dixit scire ex fama quod dictus dopnus artalis mictebat prefate domine regine existentis Incastro gallinas panem et vinum pro mensa sua deloco Ineadem obsedione detempore ut supra Item dixit quod mortuo dicto dopno artali prefatus dopnus manfridus remansit rector et gubernator Inregimine dicti dopni artalis et rexit et gubernavit usque ad adventum dictorum condam retroprincipum ad regnum sicilie decausa scientie dixit bene predicta scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod prefatus condam marchio fuit et erat Intimus Cum condam domino rege martino seniore tunc duce et prevalebat de causa scientie dixit benescire ut Ille qui patricabat Incuria dicti tunc ducis et videbat predicta etiam dixit scire predicta pro qua-

dam vice vel co anno quo dictus condam dux tunc recessit aregno sicilie et Ivit cataloniam fuit lata quedam sentencia contra dictum exponentem condepnatoria In unciis septuaginta ed petizionem fisci et dictus condam dux nolebat eum audire Inappellacione et prefatus melchior tenuit modum quod Ipse testis fuit auditus Inappellacione deloco In Civitate cathanie detempore dixit atempore adventus dictorum dominorum et usque ad recessum dicti condam ducis Item dixit quod Ipse testis aliquociens audivit dictum condam tunc ducem dicentem In vulgari sermone nui non guastiriamu zohi fichi don artali perochì lu re ferdericu lu lassau vicariu per lu so testamento et Ipso rexi et gubernau beni e chi servio beni la casa regali prout Interfuit vidit et audivit predicta de loco Incastro Civitatis cathanie et Incastro terre leontini de tempore dixit post eius adventum ad dictum regnum Item dixit quod condam maciocta dealagona frater dicti dopni artalis stetit et stabat sub gubernacione dopni manfridi fratres sui decausa scientie dixit benescire et vidit et audivit ut habitator terre leontini deloco Ineadem detempore dixit post mortem dicti dopni artalis.

Magister nicolaus macri Civis Cathanie Juratus et interrogatus super fidelitate dicti dopni artalis dixit ut magister Joannes derocco testis superior Item Interrogatus super reverenciis prestitis per dictum dopnum artalem eidem dominu regi ferderico per Civitatem Cathanie dixit Inomnibus per extensum formiter ut dictus magister Joannes Item dixit quod condam dominus rex lodovicus condam dopnus blascus dealagona qui fuit pater dicti condam dopni artalis et eum tractabat tanquam filium condam dulcinus filius domini Johannis et condam dominus Johannes helia tunc episcopus cathaniensis fuerunt mortui quasi uno eodemque tempore decausa scientie dixit clare recordari deloco Incathania detempore dixit Jam sunt anni fere septuaginta Item Interrogatus super capitulis duobus continentibus Insubstancia victoriam reportatam et optentam per dictum dopnum artalem contra canpum Jaccii etc. dixit formiter ut magister Johannes dericco testis superior addidit quod dicta victoria optenta Ipse testis se contulit ad terram Jaccii et Invenit dictum Canpum isfractatum et tute et secure Ipse testis et alii erant Interra Jaccii Item dixit scire tam ex fama publica quam ex comuni opinione gentium quam Ipse testis habuit et habet quod dictus dopnus artalis obsedit castrum auguste ut recuperaret prefatam dominam reginam tunc existentem Ineodem castro aposse suo ablatam et non ut esset contra eam et faceret sibi guerram deloco tam Indicta obsedione quam

In Civitate Cathanie detempore ut supra dixit quod In eodem obsedione publice et patem dicebatur et asserebatur quod Ipse dopnus artalis mictebat eidem domine regine gallinas panem et vinum pro mensa sua Intus dictum castrum.

Pinus rigitanus Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod condam dopnus blascus dealagona qui fuit pater dicti dopni artalis et eum tractabat tamquam filium condam dulcinus filius ducis Johannis et prefatus condam dominus episcopus supradictus mortui fuerunt uno eodemque tempore decausa scientie loco et tempore dixit ut proximus Item Interrogatus super fidelitate dicti dopni artalis dixit ut proximus Item Interrogatus super capitulis duobus continentibus victoriam reportatam per dictum dominum artalem Inmari militii contra galias regine Johanne tunc fulcivit messanam et dixit formiter ut magister Johannes dericco testis superior Item Interrogatus super aliis duobus capitulis continentibus victoriam per dictum dopnum artalem reportatam Incanpo Jaccii contra stolum dicte regine etiam dixit formiter ut proximus excepto quod Ipse testis non Ivit Interram Jaccii Item consideratis premissis serviziis per Ipsum dopnum artalem regie magestati prestitis Ipse testis fuit et est opinionis quod dictus dopnus artalis defensavit partem catalanam et eo operante et eius Industria domus aragonum est domina sicilie et dominatur ei et Ita fuit et erat fama publica et comunis opinio gentium deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti dopni artalis et post eius obitum Item dixit quod tempore quo prefatus condam dopnus artalis obsedit dictum castrum aguste In quo erat dicta domina regina maria Id obsedit ut recuperaret dictam dominam reginam mariam a posse suo ablatam per dictum condam guillelmum raymundum eius Inimicum et Ita se tenebant et tractabant tempore dicte Capcionis et ante et post et non ut faceret guerram contra eam decausa scientie dixit scire Justa dicti testis opinionem et credulitatem et voce et fama publica referente deloco tum Indicta obsedione qnam In Civitate Cathanie detempore dixit ut supra dicit quod Ipse testis existens Ineadem obsidione vidit et videbat sepe sepius dictum dopnum artalem mictentem dicte domine regine Ineodem castro gallinas panem et vinum pro mensa sua.

Jacobus macri mayor Civis Cathanie Juratus et Interrogatus super fidelitate dicti dopni artalis dixit ut proximus Item dixit quod quando dominus rex ferdericus predictus equitabat per Civitatem Cathanie Ipse dopnus artalis quando Ibat loquendo Cum eo cui lo-

quebatur cum magna reverencia Cum Capite inclinato et discoperto decausa scientie dixit quod vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti domini regis Item dixit quod olim dictus dopnus artalis existens In Civitate Cathanie et habens novum quod dominus rex supradictus Cum una galea venerat Inportu lognine Cum Comitiva gentium exivit ab eadem Civitate causa eundi ad presenciam dicti domini regis et pro Inde dictus dominus rex venit In eadem Civitate et prefatus dopnus artalis faciebat sibi magnam reverenciam et Ipsi fecerunt residenciam In eadem Civitate decausa scientie dixit quod vidit et audivit predicta deloco Ineadem detempore dixit dicto domno rege vivente Item dixit quod dictus condam dominus rex et prefatus dopnus artalis facientes residenciam In eadem Civitate congregarunt gentem armigeram pedestrem et equestrem recesserunt a Civitate Cathanie euntes contra dictum dominum comitem herrigum tunc tenentem tauromenium messanam et alia loca regii demanii et fuerunt ante tauromenium et tenebant obsedionem Incasali mascularum et operante Industria Invirtute dicti condam dopni artalis dictus dominus rex recuperavit dictam terram tauromenii messanam et alia loca regii demanii decausa scientie dixit predicta scire voce et fama puplica referente et etiam quod Civitas Cathania fecit plura luminaria propter recuperaciones eosdem et vidit et audivit dictos condam dominos congregantes dictam gentem et exeuntes adicta Civitate deloco In Ipsa detempore Jam sunt anni quadraginta parum plus vel minus Item dixit quod olim Jam sunt anni ultra quinquaginta quinque dum dictus condam dopnus artalis esset In Civitate Cathanie et diceretur quod Civitas messane tunc existens sub fidelitate regis friderici Ipse dopnus artalis habuit galeas sex et eos onerare fecit formento et recessit adicta Civitate causa succurrendi messanam tunc Inpenuria existentem quia ante eam erant octo galee regine neapolis et palacium messane regebatur per eandem reginam et recessit ab eadem Civitate et fecit iter ab extra et fuit Interra milazii et Ibi apparuere galee dicte regine et aliqui consulebant dicto dopno artali quod Ipse remaneret Interra qui penitus recusavit et habuit respondisse illis consulentibus oy eu mi haiu ad perdiri oy eu haiu ad succurriri missina et recessit cumdictis galeys suis oneratis versus galeas dicte regine et fuerunt Inbello et dictus dopnus artalis victoriam reportavit contra dictas galeas prefate regine et cum eadem victoria Intravit messanam et eam succursit decausa scientie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente et precipue exdicto et relacione illorum qui fuerunt Cum galeis dicti dopni artalis qui narrabant et

retulebant premissa bene Ipse testis vidit dictum dopnum artalem fatigantem et laborantem Inarmando unam galeam In Civitate Cathanie et eam armari facientem et cum eisdem galeis recedentem oneratis formento deloco Ineadem Civitate detempore ut supra Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis ferderici Ipse dopnus artalis gubernavit et gubernabat ut vicarius pro parte domine regine marie filie dicti domini regis non nullas Civitates terras et loca regii demanii qui emicti faciebat bampna nomine et pro parte dicte domine regine et etiam Instrumentis titulabatur nomen suum decausa scientie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco In Civitate Cathanie detempore dixit ut supra et usque ed eius obitum Item dixit quod prefatus dopnus artalis tenuit et tenebat dictam dominam reginam Cum servitoribus antiquis et oneste fame et eius mayordomus erat condam dominus petrus rizari decausa scientie dixit benescire predicta deloco Incatania detempore dixit post mortem dicti domini regis Item dixit quod tempore quo dicta domina regina fuit capta a castro ursino per dictum condam guillelmum raymundum Inimicum dicti dopni artalis et Ita se tractabant et tractabat prefatus dopnus artalis erat absens a Civitate Cathanie et post eius redditum ed eandem Civitatem Ipse dopnus artalis obstendidit et obstendebat habere magnum dolorem decaptura predicta decausa sciencie dixit clare recordari Item dixit quod supradictis ambaxiatoribus redeuntibus adicto duce mediolanensi fuit fama puplica quod dictus dopnus artalis acriter minatus extitit eis et perterruit eos quia excesserant suo mandato et post eorum redditum Inde ad modicum tenpus Ipsi ambaxiatores mortui fuerunt post quorum mortem erat comunis opinio gentium quod Ipsi ex dictis terroribus mortui fuerunt deloco Incathania detempore dixit ut supra benerecordatur quod modico tempore vixerunt Item dixit quod fuit et erat comunis opinio cuius testis Ipse fuit et est quod prefatus dopnus artalis conservavit et defensavit partem catalanam et eo operante et eius Industria sua domus aragonum fuit et est domina sicilie et dominatur ei deloco Incathania detempore tempore vite dicti dopni artalis et post eius obitum Item Interrogatus super capitulis dictantibus de victoria optenta et reportata per dictum dopnum artalem contra Canpum Jaccii ut supra dixit formiter ut nicolaus de ungaro testis superior Item Interrogatus qualiter dictus dopnus artalis obsedit dictum castrum ut recuperaret eandem dominam reginam etc dixit ut proximus excepto quod Ipse testis non fuit Inobsedione predicta Item dixit scire ex fama puplica quod dictus dopnus artalis pro conservacione regni sicilie et eius pacifico statu

Comunicavit officium vicariatus Cum supradictas tribus baronibus deloco Incathania detempore dixit post mortem dicti condam domini regis.

Siri guillelmus romanus Civis cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod dictus condam dopnus artalis fuit fidelis regius tum domino regi frederico quam domine regine marie quam etiam domui aragonum decausa scientie dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum et vidit ab aliis teneri et tractari deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit quod olim Jam sunt anni sexaginta et ultra dum dicta regina neapolis teneret per alium nomine sui canpum seu obsedionem per mare et per terram Interra Jaccii contra Civitatem Cathanie quo tempore quasi pars regni et premaxime messana erat occupata per dictam reginam ut dicebatur et uterque canpus faciebat magnam guerram contra dictam Civitatem cathanie taliter quod eadem Civitas erat deventa ad maximam necessitatem et Inopiam prefatus condam dopnus artalis qui erat In eadem civitate Cum dicto domino regi ferderico et multum fatigabat circa custodiam et defensionem Ipsius Civitatis predicto domino rege ferderico habuit duas galeas et armari fecit brigantinos et barcas In quibus poni fecit fana et lanternas recessit Cum hiis adicta Civitate et Inmane seguenti venit novum In eadem Civitate quod prefatus condam dopnus artalis fugit canpum seu stolum per mari et Illi qui fuerunt Cum dicto dopno artali retulebant quod prefatus dopnus artalis tenuit modum subscriptum videlicet quod Ivit Inframare et postea reddt et cum fuit prope dictum stolum de nocte accendi fecit fana et lanternas Inmagno numero obstendendo esse magnum stolum et venire a partibus longinquis et invasit prefatum stolum prefate regine et sic optinuit victoriam qui dopnus artalis aduxit Ineadem Civitate galias dicte regine quas accepit Indicta victoria qua optenta et reportata canpus deterra recessit et sic dicta Civitas fuit liberata et ab eo tunc prefatus dominus rex Incepit aumentare et se sublevare decausa scientie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco In Civitate cathanie detempore dixit ut supra Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis defensavit et conservavit partem catalanam Indicto regno et eo operante domus aragonum fuit et est domina regni sicilie decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire excomuni opinione gentium et Ipse testis fuit etiam dicte opinionis consideratis premissis et etiam dixit scire ex fama puplica

referente deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius dopni artalis et post eius obitum.

Matheus dealibrando Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit formiter ut proximus et addit quod condam dominus rex lodovicus condam dopnus blascus dealagona condam dulcinus filius ducis Johannis et condam dominus Johannis tunc episcopus cathaniennsis fuerunt mortui non recordatur si mortui fuerunt uno eodemque tempore decausa scientie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ante supradictam victoriam reportatam In canpo Jaccii per dictum dopnum artalem Item dixit addendo quod prefatus condam dopnus blascus fuit pater dicti dopni artalis quem tenebat et tractabat Infilium suum et converso prout vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit addendo quod olim dum Civitas messane existens Infidelitate regia pateretur maximam Inopiam formenti ut dicebatur prefatus condam dopnus artalis existens In Civitate cathanie habuit galeas et galeoctas et eas oneravit formento Ineadem Civitate et recessit Cum hiis adicta Civitatis oneratis ut supra ad succurrendum eamdem Civitatem messane inqua erat dictus dominus rex ferdericus ut dicebatur et de Inde venit novum Ineadem Civitate cathanie quod dictus dopnus artalis fuit Inbello Cum galeis dicte regine neapolis et reportavit victoriam et Intravit messanam et eam succursit de quo novo dicta Civitas cathanie fecit magnum gaudeum et pro Inde Illi qui fuerunt cum dicto dopno artali puplice asserebant et dicebant prefatum novum fuisse verum dictumque dopnum artalem reportasse supra dictamvictoriam decausa scientie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit premissa ut dicta sunt deloco Ineadem Civitate detempore dixit Jam sunt anni quinquaginta quinque parum plus vel minus.

Magister gintilis deruta Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit ut proximus excepto quod non recordatur nec cedit menti sue devictoria reportata contra galeas dicte regine per dictum dopnum artalem quando Ivit ad succurredum messana nec recordatur dedicto succursu excipit etiam quod cognovit supradictus dominum regem lodovicum dopnum blascum dulcinum et dominum Johannem episcopum cathaniensem tunc bene scit ex fama quod dictus dopnus blascus fuit pater dicti dopni artalis et addit quod olim dum dictus condam dominus rex ferdericus et prefatus dopnus artalis residerent In Civitate Cathanie Ipsi congregarunt gentes armigeras pedites et equites et recesserunt a Civitate cathanie causa eundi contra Co-

mitem herrigum rubeum tunc tenentem tauromenium messanam et alia loca regii domanii et fuerunt ante tauromenium et operante dicti dopni artalis Industria prefatus dominus rex recuperavit tauromenium messanam et alia loca regii domanii decausa scientie dixit scire ex fama puplica quo ad recuperacionem dictorum locorum operante dicta Industria qualiter vero congregarunt dictam gentem et recedebant adicta Civitate dixit quod Interfuit vidit et audivit de loco In eadem detempore dixit tempore vite dicti domini regis Item dixit addendo quod prefatus condam dopnus artalis obsedit prefatum castrum aguste In quo erat dicta domina regina maria Id obsedit ut recuperaret dictam dominam reginam aposse suo ablatam et non ut faceret guerram contra eam decausa sciencie Interrogatus dixit predicta scire voce et fama puplica referente et Ipse testis fuit et est opinionis et credulitatis predictorum eo presertim quod Ipse condam dopnus artalis ante dictam obsedionem armari fecit galeam et galioctam et transmisit Ipsas ut possit eandem dominam recuperare prout dixit bene scire deloco Incathania detempore dixit post dictam capturam dicte domine regine adicto castro ursino.

Presbiter chiccus cutrono Civis Cathanie manibus propriis Juratus et Interrogatus dixit formiter ut matheus dealibrando testis superior et addit declarando quod habito novo In Civitate Cathanie de victoria reportata per dictum dopnum artalem contra stolum dicte regine qui erat In terra Jaccii Ipse testis et alii pedoni seu pedones Iverunt cum gente armigera equite qui tunc erat In Civitate et sequuti fuerunt gentes dicte regine que erant Incanpo Jaccii usque ad nemus Civitatis Cathanie prout Interfuit vidit et audivit Item dixit declarando quod Ipse testis clare recordatur quod prefatus condam rex lodovicus dopnus blascus dulcinus et episcopus cathaniensis mortui fuerunt uno eodemque tempore.

Magister antonius curtisi corbiserius Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit ut proximus excepto quod Ipse testis non Ivit cum pedonis contra gentem que erat Incanpo Jaccii Item Interrogatus qualiter dictus condam dopnus artalis obsedit dictum castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam etiam dixit formiter ut magister gentilis de ripta testis superior Item dixit addendo quod reddeuntibus supradictis ambaxiatoribus prefatis dopni artalis ad eundem dopnum artalem adicto duce medulanense fuit fama puplica In Civitate cathanie quod prefatus dopnus artalis eis minatus extitit et turbatus extitit contra eos ex eo quia excesserant suo man-

dato qui ambaxiatores Inde ad modicum tempus mortui fuerunt et de morte testis clare recordatur post quorum mortem puplice dicebatur quod extiterunt mortui ex terroribus et minis dicti condam dopni artalis decausa sciencie dixit ut supra deloco cathanie detempore ut supra.

XXIIII aprilis XII Inditionis

Magister petrus maniscalcus Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod prefatus condam dopnus artalis fuit et erat regius fidelis tam dicto domino regi friderico quam domine regine marie quam etiam domni aragonum decausa scientie Interrogatus dixit quod protali et Intalem habuit et habebat cum consideratis suis servitiis maximis assertis factis parte catalane et Ita vidit eum ab aliis haberi et teneri deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit quod condam dopnus artalis fuit et erat obediens dicto domino regi ferderico cui exibuit et exibebat magnam reverenciam et hobedienciam loquendo sibi cum capite discoperto et Inclinato tamquam suo domino naturali et etiam Civitas Cathanie prestabat eidem domino regi obedienciam et magnam reverenciam ut legitimo domino et naturali decausa scientie Interrogatus dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco In Civitate cathanie detempore dixit ut supra Item Interrogatus qualiter prefatus dominus rex ferdericus et dictus dopnus artalis congregarunt gentem armigeram et dictus dominus rex recuperavit terram tauromenii etiam operante Industria dicti dopni artalis dixit formiter In hiis ut Jacobus macri testis superior Item dixit quod quando dictus dominus rex ferdericus equitabat per Civitatem cathanie capud equi dicti condam dopni artalis Ibat ad gruppas equitature dicti domini regis et quando sibi loquebatur equester Ibat Inclinatus super equo cum capite discoperto prout vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit utsupra Item dixit quod Ipse testis habuit et habebat dictum dopnum artalem prodomino Justo qui tamquam magister Justiciarius ministrabat Justiciam petentibus decausa scientie dixit scire ex fama et protali habuit et habebat eum et tamquam magister Justiciarius habebatur et tractabatur deloco et tempore ut supra Item dixit scire ex fama quod prefatus condam dopnus artalis conservavit et defensavit partem catalanam Inregno sicilie et eo operante domus aragonum est domina dicti regni nichilominus testis Ipse fuit et est opinionis premissorum deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et post eius obitum Item dixit scire ex fama puplica quod dictus dopnus artalis obsedit castrum

auguste causa recuperandi prefatam dominam reginam mariam tunc existentem Ineodem castro et non causa faciendi guerram contra eam aposse suo ablatam et nichilominus Ipse testis fuit et est opinionis predictorum deloco Incathania et In obsedione detempore dixit tempore dicte obsedionis.

Magister nictus brunectus Civis Civitatis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit formiter ut proximus et addit quod condam dominus aragonum est domina dicti regii *(sic)* nichilominus testis Ipse fuit et est opinionis premissorum deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et post eius obitum Item dixit scire ex fama puplica quod dictus dopnus artalis obsedit castrum auguste causa recuperandi prefatum dominam reginam mariam tunc existentem Ineodem castro et non causa faciendi guerram contra eam aposse suo ablatam et nichilominus Ipse testis fuit et est opinionis predictorum deloco Incathania et In obsedione detempore dixit tempore dicte obsedionis.

Magister nictus brunectus Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit formiter ut proximus et addit quod condam dominus rex lodovicus condam dopnus blascus dealagona qui fuit pater dicti condam dopni artalis quem tractabat In filium suum et condam dulcinus filius ducis Joannis et condam dominus episcopus Joannes cathaniensis fuerunt mortui quasi uno eodemque tempore decausa sciencie dixit clare recordari deloco Incathania detempore Jam sunt anni fere sessaginta quinque dixit quod tunc dicebatur quod prefati nominati extiterunt mortui ex peste Item dixit addendo quod dictus condam dominus rex lodovicus obstendebat et demostrabat habere magnam fiduciam erga dictum dopnum artalem post eius regis lodovici mortem dictus condam rex ferdericus frater suus successit In regno sicilie decausa sciencie Interrogatus dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco ut supra detempore tempore vite dicti domini regis lodovici et post eius obitum quoad successionem Item dixit quod olim dum dictus condam dopnus artalis esset Incivitate cathanie et dominus rex ferdericus esset Incivitate messane ut dicebatur et palacium Ipsius civitatis regeretur per reginam neapolis et prefata Civitas messane pateretur penuriam formenti quia ante eam erant galee dicte regine ut etiam dicebatur prefatus dopnus artalis habuit aliquas galeas et eas honerari fecit formento et vino et cum hiis recessit adicta Civitate causa succurrendi messanam et circundavit regnum et fuit Inmari terre milazi et quodam mane apparuerunt galee dicte regine et Ipse dopnus artalis Cum dictis

suis galeis Ivit contra galeas dicte regine et contra eas victoriam reportavit et cum dicta victoria Intravit Civitatem messane et eam succursit decausa scientie dixit scire ex fama puplica et precipue per Illos qui fuerunt Cum dicto condam dopno artali et vidit et audivit eum onerari facientem galeas formento et vino et recedentem ab eadem Civitate Cum eisdem galeis deloco Incathania detempore dixit quod Jam sunt anni quinquaginta quinque et ultra Item dixit addendo quod post obitum dicti condam domini regis ferderici prefatus condam dopnus artalis tamquam vicarius gubernavit et gubernabat non nullas Civitates terras et loca regii domanii pro parte et nomine dicte domine regine marie filie dicti domini regis ferderici regendo et gubernando cum diligentia et solercia emicti faciendo bapna pro parte et nomine dicte domine regine marie decausa scientie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco In Civitate Cathanie detempore dixit ut supra et usque ad obitum dicti condam dopni artalis Item dixit addendo quod Ipse dopnus artalis exibuit et exibebat magnam reverenciam et obedienciam prefate domine regine marie ut sue domine legitime et naturali quam bene tractavit et tractabat et eam tenebat cum servitoribus et servitricibus antiquis et honeste fame et eius mayordomus erat condam domnus petrus rizari et quando Ipsa domina regina equitabat per Civitatem Cathanie Ipse dopnus artalis equitabat et deequitabat eam loquendo sibi Cum Capite discoperto et Inclinato et quandoque genu flexo decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Incastro ursino et Incivitate cathanie detempore dixit post mortem dicti domini regis ferderici et usque ad tempus capcionis dicte domine regine Item dixit addendo quod tempore quo prefata domina regina fuit capta a castro ursino per dictum condam marchionem tunc Inimicum dicti condam dopni artalis et Ita se tenebant et tractabant Ipse dopnus artalis fuit et erat absens a Civitate cathanie et post eius redditum ad eandem Civitatem obstendit et obstendebat habere magnum dolorem decaptura predicta de causa scientie dixit clare recordari depremissis deloco Indicta Civitate detempore dixit ut supra Item dixit addendo quod reddeuntibus ambaxiatoribus dicti dopni artalis ad eum per Ipsum transmissis ad condam ducem mediolanensem fuit publice assertum et dictum quod Ipse dopnus artalis minatus extitit eis ex eo quia excesserant suo mandato et de Inde ad certos dies Ipsi ambaxiatores mortui fuerunt et post Ipsorum mortem erat Comunis opinio gentium quod mortui fuerunt ex terroribus dicti dopni artalis decausa scientie dixit ut supra deloco Incathania detempore dixit utsupra bene recordatur quod

Ipsi mortui fuerunt Inde ad certos dies Item Interrogatus super supradictis duobus capitulis continentibus Ineffectu victoriam quam dictus dopnus artalis reportavit contra campum et stolum existentes Interra Jaccii etc. dixit In hiis omnibus formiter per extensum ut matheus dealibrando testis superior.

Antonius degalermo Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit formiter ut magister petrus maniscalcus testis superior Item Interrogatus super dictis duobus capitulis continentibus victoriam per dictum dopnum artalem reportatam contra stolum et campum existentes Interra Jaccii etc. dixit formiter Inomnibus per extensum ut proximus.

Fredericus chitati Civis Civitatis cathanie Juratus et Interrogatus dixit qnod prefatus condam dopnus artalis fuit fidelis et fidelissimus regie magestati et domui aragonum et protali et Intalem habuit et habebat eum et ita vidit ab aliis teneri et tractari deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit scire exfama puplica quod dictus dopnus artalis condam fecit magna et anpla servicia parti catalhane et quod eo operante domus aragonum est domina sicilie et dominatur eidem regno deloco Incathania detempore dixit ut supra et post eius obitum Item Interrogatus qualiter Ipse dopnus artalis obsedit castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam etiam dixit ut magister nictus brunescus testis superior Item dixit quod olim dum condam Comes herrigus rubeus teneret Civitatem messane contra prefatum dominum regem ferdericum testis Ipse tunc parvulus existens Ineadem Civitate audivit et Intellexit quod condam dominus rex ferdericus et dictus dopnus artalis Cum Comitiva gentium erant ab extra contra eandem Civitatem ut Ipsam possent recuperare bene recordatur et vidit gentes armigeras que erant Ineadem Civitate Cum dicto Comite herrigo Cum balistis et aliis armorum generibus assendere super meniis dicte Civitatis deloco Ineadem detempore dixit Jam sunt anni fere quatraginta quatuor Item dixit quod post obitum dicti domini regis ferderici Ipse dopnus artalis tanquam vicarius pro parte dicte domine regine marie gubernavit et gubernabat nonnullas Civitates terras et loca regii domanii Cum solercia et diligencia emicti faciendo bampna sub nomine dicte domine decausa scientie loco et tempore dixit ut dictus magister nictus brunescus testis superior Item dixit quod Ipse condam dopnus artalis tenuit et tenebat multam gentem armigeram provisionatam etiam

tenebat milites et nobiles provisionatos et ultra provisionem dabat eis mensam expendendo anplam pecuniarum summam Inpremissis et hoc faciebat protucione et securitate sui regiminis Justa videre dicti testis decausa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta tamquam Ille qui erat unus deprovisionatis deloco Incathania et alibi detempore dixit post mortem dicti condam domini regis et usque ad obitum dicti dopni artalis Item dixit quod post mortem dicti condam dopni artalis prefatus dopnus manfridus frater suus remansit rector et gubernator Inregimine dicti condam dopni artalis qui gubernavit usque ad eventum condam dominorum retroprincipum et recessit a Civitate Cathanie Cum una galea et galeocta adpresenciam dictorum dominorum In canpo contra panormum prout Interfuit vidit et audivit deloco et tempore dixit ut supra.

honestus presbyter facius decarlo Civis Cathanie Juratus et Interrogatus manibus propris dixit quod prefatus condam dopnus artalis fuit et erat regius fidelis domui aragonum et regie magestati sicilie Decausa sciencie Interrogatus dixit quod protali et Intalem habuit et habebat eum deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et usque ad eius obitum Item dixit quod condam dominus rex lodovicus condam dopnus blascus dealagona pater condam dopni artalis condam dulcinus filius ducis Johannis et condam dominus Johannes deluna episcopus cathaniensis mortui fuerunt uno eodemque tempore decausa scientie Interrogatus dixit clare recordari deloco Incathania detempore dixit Jam sunt anni sexsaginta quinque Item Interrogatus super duobus capitulis supra dictis continentibus victoriam quam Ipse dopnus artalis reportavit contra galeas regine neapolis et fulcivit messanam formento et vino Cum suis galeis oneratis dixit formiter ut magister nictus debrunecto testis superior Item dixit scire tam ex fama puplica quam ex comuni opinione gentium Cuius opinionis testis Ipse fuit et est consideratis suis serviciis quod prefatus condam dopnus artalis defensavit et conservavit partem cathalanam In regno sicilie et eo operante et mediante domus aragonum fuit et est domina regni sicilie et dominatur eidem regno deloco Incathania detempore dixit tempore vite sue et post eius obitum Item Interrogatus super predictis duobus capitulis continentibus victoriam per Ipsum dopnum artalem reportatam contra stolum et canpum existentes Interra Jaccii dixit formiter per extensum ut dictus magister nictus testis superior.

Nobilis pinus de Jaccio Civis Cathanie Juratus et Interrogatus

perius declaratum est decausa sciencie dixit clare recordari deloco et tempore ut supra Item dixit quod post mortem dicti condam domini regis ferderici Ipse condam dopnus artalis tamquam vicarius dicte condam domine regine marie gubernavit et gubernabat non nullas Civitates terras et loca regii demanii gubernando Cum diligencia et sollecitudine decausa sciencie dixit benescire et vidit Item Interrogatus super reverenciis et obedienciis prestitis per Ipsum dopnum artalem prefate domine regine marie et bona tractatione quam Ipse dopnus artalis exibebat dicte domine regine etiam dixit per extensum formiter ut dictus dominus ximenius delerda testis superior Item Interrogatus qualiter tempore dicte domine regine et qualiter dictus condam dopnus artalis obstendit habere dolorem etc. dixit formiter ut proximus Item Interrogatus qualiter dictus condam dopnus artalis defensavit partem catalanam et Ipso operante domus aragonum est domina sicilia etiam dixit formiter ut dominus ximenius delerda testis superior Item Interrogatus supercapitulis continentibus victoriam quam dictus dopnus artalis reportavit contra stolum et canpum Jaccii dixit formiter ut Johannes derocco testis suporior excepto quod pater dicti testis non emit mulam captam Indicta victoria Item Interrogatus qualiter dictus dopnus obsedit castrum auguste ut recuperaret dictam dominam reginam etiam dixit formiter ut proximus Item dixit quod ad prefatum condam dopnus artalem venerunt nobiles catalani si tamquam ambaxiatores Ingnorat quibus Ipse dopnus artalis exibuit et exibebat honorem et eis fieri faciebat missiones equitando Cum hiis decausa sciencie dixit benescire et Interfuit vidit et audivit ut ille qui erat In Curia dicti dopni artalis deloco Incathania detempore post capturam dicte domine regine Item Interrogatus qualiter mortuo dicto dopno artali prefatus dopnus manfridus eius frater remansit In regimine suo dixit ut proximus excepto quod Ipse testis non fuit Incanpo contra panormum sed bene scit et vidit Ipsum dopnum manfridum recedentem a civitate Cathanie Cum fustis causa eundi ad presenciam condam dominorum retroprincipum Item Interrogatus qualiter Ipse dopnus artalis tenebat gentem provisionatam et ultra provisionem dabat eis missiones et qualiter bene tractavit et tractabat officiales et servitores dicti domini regis etc. dixit ut dictus dominus ximenius delerda testis superior excepto quod Idem testis non fuit miles dicti regis Item quod dictus condam marchio fuit et erat Intimus In Curia condam dominorum retroprincipum conseguendo quod Ipse volebat ab hiis decausa sciencie dixit benescire ut ille qui praticabat Indicta curia et predicta sensit et novit Item dixit scire ex fama puplica referente quod Ipse dopnus

artalis comunicavit officium vicariatus regni sicilie Cum condam comite francisco deviginti milio condam comite guillelmo deperalta et condam manfrido declaromonte proconservacione regni sicilie deloco Incathania detenpore post mortem dicti condam domini regis ferderici dicit quod prefatus condam dopnus prohici faciebat bampna sub nomine dicte domine regine marie et In Instrumentis Intitulabatur nomen dicte domine prout Interfuit vidit et audivit ut ille qui fuit vice capitaneus dicti dopni artalis deloco Incathania detempore post mortem dicti domini regis ferderici et usque ad obitum dicti dopni artalis.

Recepti Cathanie X Ianuari XII Inditionis per me notarium antonium de Cariosio

Testes producti ex parte nobilis henrici statella filii et heredis condam domini henrici statella contra nobilem dominam mariam uxorem nobilis domini Johannis de crugles Inmagna regia Curia Inquestione Informatoria ad Impediendum litis Ingressum super replicacionibus suis Cathanie presentatis XVIIII Julio undecime Indicionis.

Venerabilis et honestus presbiter Johannes de Cultelli Civis Cathanie Juratus et Interrogatus In manibus suis dixit quod olim Jam sunt anni quinquaginta parum plus vel minus Juxta sui regordium dum In Civitate Cathanie veniret novum qualiter condam dominus rex fridericus Junior de Capitari fecerit in terra nicosie condam Comitem thomasium Spatafora seniorem patrem Comitis thomasii Spatafora condam dominus artalis equitavit Cum sua Comitiva de Civitate Cathanie causa eundem ad terram sancti philippi deargirione cujus terre dictus condam Comes thomasius erat dominus et post dictum recessum dicti Condam domini artalis publice dicebatur quod Ipse dominus artalis condam se Impoteraverat de terra predicta et Castro de aliis In Capitulo contentis Ingnorat de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit ut dictum est de loco In Cathania detempore ut supra Item dixit quod olim Jam sunt anni quatraginta dicta domina regina maria existente et morante Imposse dicti dopni artalis In Castro ursino Civitatis Cathanie Condam guiglelmus raymundus demonte Cathino noctis tempore eandem dominam reginam cepit a dicto Castro ursino et eam aduxit ad Castrum auguste ut dicebatur de aducione de causa sciencie dixit predicta benescire et perfecte et ut Ille qui erat Indicta Civitate et vidit et audivit dicte nove rumorem qui fuit In Cathania propter Capcionem dicte domine regine deloco In eadem Civitate detempore dixit ut supra

Item dixit quod post predicta dictus Condam dominus artalis Cum sua Comitiva obsedit Castrum auguste si Inter erat domina regina aut ne non regordatur quod tenuit obsessum donec et quo usque Idem habuit de causa scientie dixit bene scire predicta ut notorum et fama publica deloco et tempore ut supra Item dixit quod post recessum dicte domine regine a regno sicilie ut dicebatur derecessu Ipse condam dominus artalis dominabatur In valle nothi creando officiales In terris et locis regii demanii vallis nothi et recipiendo redditus et proventus secreciarum et portuum de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania de tempore ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod olim dum prefata condam domina regina maria esset sub gubernacione et administracione dicti condam domini artalis de alagone Ipse Condam dominus artalis transmissit suos ambaxiatores ad ducem mediolani pro contrahendo matrimonium Inter dictum ducem et prefatam Condam dominam reginam mariam ut tunc publice dicebatur de dicto matrimonio post que venerunt ambaxiatores adicto duce transmissi ad prefatum dominum artalem pro causa predicta vel dicto matrimonio vel etiam dicebatur et eciam venerunt gentes armigere transmisse per dictum ducem ad prefatum dominum artalem quas Idem dominus artalis aduxit In obsidione predicta et tempore quo Ipsa gens venit ad dictum dominum artalem prefata domina regina extiterat Capta a posse dicti dopni artalis per prefatum Condam guglelmum raymundun de Causa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta ut dicta sunt deloco In Cathania detempore Jam sunt anni quadraginta et plus Juxta sui regordium ad alia nihils

honestus presbiter nicolaus de geremia manibus suis Juratus et Interrogatus dixit quod olim Jam sunt anni quinquaginta Juxta sui regordium dum veniret novum In Civitate Cathanie qualiter condam dominus rex fridericus Junior de Capitari fecerit In terra nicosie prefatum Condam Comitem thomasium seniorem et prefatus Condam dominus artalis Cum Comitiva sua recessit a Civitate Cathanie Causa eundi ad terram sancti philippi Cuius dictus Condam Comes thomasius erat dominus et demum fuit habitum novum quod Ipse Condam dominus artalis se Impoteravit de dicta terra de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta ut dictum est deloco In Cathania de tempore ut supra de aliis In Capitulo Contentis Ingnorat Item dixit quod olim dicta Condam domina regina maria esset et staret In Castro ursino Imposse Condam domini artalis dealagona noctis tempore dicta domina regina fuit Capta adicto

Castro per dictum Condam guglelmum raymundum de aliis In Capitulo Contentis Ingnorat de Causa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et perfecto premissa et vera esse quia Illa nocte Idem testis se Contulit usque ad dictum Castrum et vidit et sensit premissa deloco et tempore ut proximus Item dixit quod olim dum dicta domina regina esset Imposse dicti Condam domini artalis Ipse dominus artalis transmisit suos ambaxiatores usque ad ducem mediolani pro Contrahendo matrimonium Interdictam dominam et prefatum ducem et Ita publice dicebatur et per Inde venerunt ad dictum dopnum artalem ambaxiatores domini ducis pro Causa predicta ut dicebatur et eciam venerunt gentes armigere dicti ducis ad prefatum dominum artalem de Causa scientie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta de loco In Cathania detempore dixit Jam sunt anni quatraginta et plus et dicit scire ex fama quod Ipse domnus artalis posuit palacium et cessit Imposse dictorum ambaxiatorum qui Ipsum palacium possiderunt et tenuerunt In eorum posse Item dixit quod olim post Capcionem dicte domine regine a prefato Castro ursino dum Ipsa domina esset in castro auguste ut dicebatur prefatus dominus artalis cum sua Comitiva In qua erant gentes armigere dicti ducis se Contulerunt ad dictam terram auguste et obsedit dictum Castrum ut publice dicebatur quod tenuit obsessum donec Idem habuit ut asserebatur Ipsum dominum artalem reccedere a Cathania cum eadem gente procausa predicta decausa scientie dixit predicta bene et perfecte scire ut notorie et Interfuit vidit et audivit deloco Cathania detempore ut supra Item dixit quod post recessum assertum dicte domine regine et regno sicilie Ipse dominus artalis tenuit et tenebat terras et loca vallis noti regii demanii In eis Creando officiales et recipiendo redditus et proventus prout Interfuit vidit et audivit de loco et tempore ut proximus ad alia nihil.

XI° eiusdem

Nobilis dominus Johannes panpma miles Juratus et Interrogatus dixit quod olim Jam sunt anni triginta septem Juxta sui regordium testis Ipse se contulit ad partes Cathalonie ad provinciam videlicet condam domini regis petri regis aragonum divine memorie quo tempore In Curia dicti quondam domini regis petri publice et palam dicebatur quod Ipse rex petrus armari fecit galeas et naves quastransmirerat ad comburi faciendum armatam quam faciebat Importu Civitatis pisarum Condam dux mediolanensis ut eam transmictere ad regnum sicilie quam armatam dicte galee et naves dicti domini regis

combuxerunt de Causa sciencie dixit ut supra deloco ut supra de tempore ut supra Item dixit quod olim capta domina regina maria per Condam dominum marchionem a castro ursino et aducta ad Castrum terre auguste Ipse Condam marchio se Contulit ad partes Cathalonie ad presenciam dicti condam domini regis petri cui dictam capcionem denunciavit quo facto Ipse condam dominus rex armari fecit galeas cum quibus trasmisit dominum rogerium de Monte Catheno et alios nobiles Cathalanos usque ad Castrum auguste In quo erat dicta domina regina Cum quibus galeis venit dictus quondam marchio qui prefacto domino rogerio et aliis nobilibus Cathalanis assignavit prefatum Castrum cum prefata domina regina qua assignacione facta Ipse condam marchio rediit Cathaloniam silicet ad dictum dominum regem prefatis domina regina et Castro auguste remanentibus Imposse dicti domine rogerii et aliorum Cathalanorum de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta ut Ille qui semper fuit Cum dicto quodam marchione de locis ut supra de tempore dixit ut abannis quatraginta citra declarat tamen quod dicta assignacio domine regine et Castri predicti facta per dictum condam marchionem eisdem nobilibus Cathalanis facta fuit eis nomine et proparte dicti Condam domini regis petri de Causa sciencie loco et tempore dixit ut supra Item dixit quod de Inde ad annum unum parum plus vel minus dicta domina regina contulit sead partes Cathalonie ad presenciam dicti Condam domini regis petri pro ut Interfuit vidit et audivit de loco ut supra detempore ut supra Item Interrogatus supra XX Capitulo dictante prefato domino artali dominante et detinente occupatas Civitates terras et loca regii demanii In Curia prefati serenissimi domini regis petri dixit quod revera postquam dicta domina regina se contulit ad partes Cathalonie ut predicitur In Curia dicti Condam domini regis petri dicebatur publice quod Ipse dominus artalis erat Inimicus dicto Condam domino regi primo et quod Idem Condam dominus rex habebat eum In Inimicum ut dicebatur ut supra deloco Indicta Curia detempore ut supra et dicit quod post quam dictum accessum prefate domine regine ad partes cathalonie publice dicebatur quod dictus Condam dopnus artalis tenuit dictam dominam obsessam In dicto Castro auguste deloco et tempore ut supra ad alia supra quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis magister blascus scammacca phisicus Juratus et Interrogatus dixit quod olim anno sexte Indiciones secundo preterita Condam Comes antonius de vintimilio Condam dopnus frater

suus aliqui et alii fuerunt et erat rebelles contra sacram regiam majestatem facientes guerram contra eandem sacram regiam majestatem et occupantes loca regii demanii de causa Interrogatus dixit predicta bene scire et vera esse et mox notoria et Ita fuit veritas de loco In Cathania et alibi de tempore dixit ut supra Item dixit quod olim Jam sunt anni sexaginta Juxta sui regordium mortuo Condam domino rege lodovico rege sicilie publice dicebatur per Civitatem Cathanie quod prefatus condam dominus artalis fecerat eum actossicari de loco In Cathania ut supra detempore dixit ut supra Item dixit quod mortuo dicto Condam domino rege lodovico successit ei condam dominus rex fridericus Junior et in terris regii demanii que erant sub obedienciam dicti Condam domini artalis Ipse donnus artalis dominabatur et quicquid Ipse mandabat erat ei paratum in modica erat facta dedicto Condam domino rege friderico taliter quod dicta loca magis tinebant dictum Condam dopnum artalem quam prefatum Condam dominum regem fridericum de causa sciencie Interrogatus dixit predicta bene et perfecte scire et vera esse ut Ille qui patricabat In Curiis Ipsius condam domini et cum consiliariis si premissa senciebat et vidit et audivit de loco in Cathania et alibi de tempore ut supra Item dixit quod olim Jam sunt anni quatraginta quinque et plus dum In civitate Cathanie veniret novum quod Condam dominus rex fridericus fecerat de Capitari dictum Condam Comitem thomasium spatafora seniorem et dictus Condam dopnus artalis qui tunc erat In eadem Civitate Cathanie In Continenti equitavit Cum Comitiva sua et se Contulit ad terram sancti philippi cuius dictus Condam dominus Comes fuerat dominus et se Impoteravit de dicta terra de Causa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire ut notorium et Interfuit vidit et audivit Ipsum condam dominum artalem equitantem ut supra habito dicto novo deloco et tempore ut supra p Item dixi quod mortuo dicto Condam domino rege friderico prefatus dominus artalis Condam dominabatur valli nothi et parti de regii demanii faciendo pro libito volontatis et condam domina regina maria remansit Imposse suo quam retinebat inter Castrum ursinum que erat tamquam umbra nihil mandabat nec poterat mandare que domina regina stetit Indicto Castro Imposse dicti dopni Condam artali donec et quousque prefatus condam marchio noctis tempore cepit a dicto Castro prefatam dominam reginam et si dictum Castrum fuisset bene custoditum dicta condam domina regina non fuisset capta nec poterat capi pro ut Capta fuit que domina si fuisset bene Custodita non fuisse capta et si dictus Condam dopnus artalis fieri fecisset bonam Custodiam Indicto Castro Ipsa

Condam domina non fuisset subtracta Juxta opinionem et Credulitatem dicti testis de Causa sciencie Interrogatus dixit predicta bene et perfecte scire et vera esse ut Ille qui erat Indicta Civitate et vidit et audivit deloco ut supra detempore Jam sunt anni quatraginta et plus et habeo p ut supra Item dixit quod olim post mortem dicti Condam domini regis friderici et ante capcionem dicte domine regine prefatus Condam dopnus artalis trasmisit suos ambaxatores ad ducem mediolanensem pro Contrahendo matrimonium Inter dictam Condam dominam reginam et dictum ducem et pro Inde venerunt ad dictum condam dopnum artalem ambaxiatores dicti Condam ducis pro Causa predicta et eciam venerunt gentes armigere dicti ducis at prefatum dopnum artalem de causa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit de loco In Cathania de tempore dixit ut supra Item dixit quod olim post dictam capcionem dum dicta domina regina esset In Castro auguste Imposse Condam domini rogerii de monte Cathino pro parte dicti Condam regis petri ut asserabatur Ipse Condam dopnus artalis Cum sua Comitiva se Contulit ad terram auguste et obsedit dictam dominam reginam quam tenuit obsessam Certo tempore dealiis In Capitulo Contentis Ignorat de causa sciencie dixit bene scire et vera esse ut notorium et interfuit vidit ed audivit Ipsum Condam dopnum Artalem reccedentem a dicta Civitate pro Causa predicta Cum sua Comitiva de loco In Cathania de tempore dixit ut supra Item dixit quod post recessum dicte Condam domine aregno sicilie Ipse Condam donnus artalis dominabatur In valle nothi locorum regii demanii Creando officiales et benefaciendo gentes super redditibus locorum demanii regii et faciendo sibi osculari manus et recipiendo redditus et proventus faciendo gracias pro libito voluntatis de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit de loco In Cathania et alibi de tempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod mortuo dicto Condam domino artali fratres sui tenuerunt et tenebant occupata loca regii demanii que tenuerunt usque ad adventum Condam dominorum retroprincipum ad regnum sicilie prout Interfuit vidit et audivit de loco In Cathania et alibi de tempore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XII Januari

Ultimus deluforti de placea Juratus et Interrogatus dixit quod olim Jam sunt anni quatraginta et plus dum domina regina quod esset Imposse dicti Condam domini artalis de alagona Ipse dominus

artalis transmisit suos ambaxiatores ad ducem mediolanensem pro Contrahendo matrimonio Inter dictum ducem et prefatam Condam Dominam reginam et pro Inde dicti ambaxiatores reddierunt In Civitate Cathanie ad prefatum dopnum artalem et tunc puplice et palam dicebatur et asserebatur quod dictum matrimonium erat firmatum Inter eos de Causa sciencie Interrogatus dixit predicta quod Interfuit vidit et audivit predicta ut dictum est de loco In Cathania detempore ut supra Item dixit scire ex fama quod dum olim dictus condam dux mediolanensis faceret armatam suam Importu Civitatis pisarum Causa dictam armatam transmictendi ad regnum scicilie videlicet ad dictum Condam dopnum artalem contemplacione dicti matrimonii prefatus Condam dominus rex petrus rex aragonum transmisit galeas et comburi fecit dictam armatam prefati ducis Ineodem portu de Causa Sciencie dixit predicta scire ut supra deloco In regno sicilie de tempore ut supra Item dixit quod post recessum domine regine marie a Castro auguste ut dicebatur prefatus Condam dominus artales dominabatur locis regii demanii vallis nothi et Impartem recipiendo redditus et proventus secreciarum et portuum et dando provisiones pro libito voluntatis et beneficando gentes supra redditibus cui gentes osculabantur manus et Ipse permictebat manus sibi osculari de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco In Cathania de tempore ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod Idem testis fuit et est opinionis et Credulitatis quod dum vivisset dictus Condam dopnus artalis prefata Condam domina regina nec domus aragonum numquam venisset ad regnum sicilie Item dixit quod Ipso donno artali mortuo sui fratres et consanguinei dominabantur terris et locis regii demanii que detinerant usque ad adventum Condam dominorum retroprincipum predictorum pro ut Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania et alibi detempore ut supra Item dixit scire ex fama publica quod terre trahine paternionis et Jacii fuerunt et sunt regii demanii et Ita tenebantur et tractabantur de causa sciencie dixit ut supra de loco ut supra detempore ab annis quatraginta citra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XIII eiusdem

Nobilis guglelmus delandolina Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod olim Idem testis Intellexit exfama publica quod Condam dominus rex petrus rex aragonum transmisit non nullas galeas ad portum pisarum e Comburi fecit armatam quam condam

dux mediolanensis faciebat In dicto portu Causa veniendi ad regnum sicilie Contemplacione matrimonii que tractabatur Inter dictum ducem et dominam reginam mariam de causa sciencie Interrogatus dixit ut supra deloco Interra Catanie et auguste et alibi detempore post quam dicta domina fuit capta per prefatum Condam guglelmum raymundum Item dixit quod olim post capcionem dicte domine regine Capte per dictum Condan guglelmum raymundum a Castro ursino Civitatis Cathanie et aducte per eum ad Castrum licathe dictus Condam guglelmus dimisit dictam dominam mariam reginam In eodem Castro et se Contulit ad partes Cathalonie ad presenciam dicti Condam domini regis petri et deinde ad tempore prefatus condam guglelmus reddijt cum domino rogerio demonte Catheno et aliis nobilibus Cathalanis cum duabus galeijs ad Castrum licathe Inquo remanserat dicta domina regina ut predicitur et Ipse condam marchio eidem domino rogerio nomine et proparte dicti Condam regis petri tradidit et assignavit prefatam dominam reginam cum eodem Castro quo facto omnes venerunt ad Castrum auguste et eidem domino rogerio nomine et pro parte dicti Condam domini regis petri Ipse Condam marchio tradidit et assignavit dictum Castrum auguste de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et andivit premissa ut Ille qui erat Cum dicto Condam marchione et remansit In dicto Castro licathe Cum eadem condam domina deloco Indictis Castris duobus detempore dixit ab annis quatraginta Citra Item dixit quod assignato dicto Castro auguste eidem domino rogerio per eundem Condam marchionem nomine quo supra et dicta domina regina existente Ineodem Castro prefatus Condam donnus artalis dealagona obsedit dictum Castrum et prefatam dominam reginam publice et palam bellando Contra dictum Castrum et dictam dominam Ipsumque et Ipsam Bonbardiando et Cum balistis offendendo qui Condam donnus artalis Intantum strinsit dictum Castrum quod venit ad maximam necessitatem miseriam et Calamitatem taliter quod Comedebant Carnes sumerine et Cavalline de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Intus dictum Castrum deloco In Ipso detempore ut supra Item dixit quod dicto Castro existente obsesso ut supra Idem testis ab eodem recessit et postea Inde ad tempus Intellexit quod dicta domina recessit ab eodem Castro versus Cathaloniam deloco In Cathania de tempore ut supra Item dixit quod post recessum dicte domine regine a prefato regno prefatus Condam donnus artalis dominabatur In Civitate Cathanie et In Valle nothi et pro parte vallis demonum regii demanii Creando officiales prolibito voluntatis et recipiendo redditus et pro-

ventus et beneficando gentes et permictendo sibi osculari manus ac faciendo gracias super redditibus secreciarum et portuum de causa sciencie dixit benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui stetit Cum eo de loco ut supra de tempore dixit ut supra et usque ad eorum obitum Item dixit quod mortuo dicto Condam domino artali de alagona fratres et consanguinei sui dominabantur locis et terris regii demanii quibus Ipse Condam dominus dominabatur pro ut Interfuit vidit et audivit de loco ut supra de tempore dixit ut supra et usque ad adventum Condam dominorum retroprincipum Item dixit quod terra trahine terra paternionis et terra Jacii tenebatur et habebantur pro terris et locis regii demanii de causa sciencie dixit scire ex fama publica deloco In Cathania detempore ab annis triginta Citra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XVI Jannuarii

Johannes Costea mercator Cathalanus Juratus et Interrogatus dixit quod olim dum Condam dominus rex petrus rex aragonum haberet novum qualiter Condam dux mediolanensis faciebat armatam Importu Civitatis pisarum Causa eam transmictendi ad Condam dominum artalem dealagona In regno Sicilie In sui favorem Contemplacione matrimonii asserti contrahendi Inter dominam reginam mariam predictam et prefatum Condam ducem Ipse condam dominus rex armari fecit galeas et eas transmisit ad Comburi faciendum dictam armatam prefati ducis que armata dicti Condam domini regis Ivit et combuscit dictam armatam prefati ducis de causa sciencie Interrogatus dixit premissa scire voce et fama publica referente et vera esse predicta tamquam notoria de loco In valencia et alibi de Cathalonie de tempore dixit Iam sunt anni ultra quatraginta ad alia non fuit Interrogatus de voluntate producentis.

Calzaranus Camagna Cathalanus Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus et addidit In Causa sciencie quod Idem testis Interfuit vidit et audivit dictum Condam dominum regem petrum fieri facientem dictam armatam suam pro Causa predicta In Civitate barchinone et postea Interfuit vidit et audivit eandem armatam redeuntem In eadem Citate cum maximo lucro et dicentem combusisse prefatam armatam dicti Condam ducis ad alia non fuit Interrogatus devoluntate producentis.

Magister nictus dealibrando cirurgicus Iuratus et Interrogatus

dixit scire fama publica referente quod capta domina regina maria perdictum Condam marchionem a Castro ursino et transductam per dictum Condam marchionem ad castrum auguste Ipse Condam marchio se contulit ad partes Cathalonie videlicet ad presenciam dicti Condam domini regis petri et pro Inde venerunt galee In quibus erant dictus rugerius de monthe Cathino et alii nobiles Cathalani pro parte et nomine dicti Condam domini regis petri prefatus condam guglemus raymundus qui redierat cum dictis nobilibus assignavit dictam dominam reginam mariam et dictum Castrum auguste prefato donno rogerio nomine quo supra de Causa sciencie dixit ut supra de loco In Cathania et alibi detempore ut supra videlicet Jam sunt ferre quatraginta et dicit tamen quod clare et perfecte scit de capcione dicte domine regine et verum esse Item dixit quod dicta domina regina maria et prefato domino rogerio de monthe Cateno existentibus In Castro auguste Condam dominus artalis de alagona Cum Comitiva sua se contulit contra dictum Castrum et obsedit Id per mare et per terram Ipsum Castrum bombardiando et guerram contra id faciendo et tunc dicebatur quod dictum Castrum devenerat ad maximam Inopiam et Calamitatem de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Cum dicto Condam dopno artali deloco ante dictum Castrum detempore dixit ut supra Item dixit quod dicto Castro existente obsesso ut supra dicta domina regina Cum quinque galeis recessit ab eodem Castro ad partes Cathalonie ut dicebatur de accessu decausa sciencie dixit bene et perfecte scire et vera esse eo presertim quod post dictum recessum Castrum predictum venit Imposse dicti condam dopni artalis deloco et tempore ut supra Item dixit quod post recessum dicte Condam domine regine marie ut supra Ipse Condam dopnus artalis remanens Inregno Incepit predominari In Civitatibus terris et locis vallis nothi et dominium regii demanii recipiendo per officiales suos redditus et proventus secreciarum et portuum dictorum locorum et beneficando gentes et gracias faciendo super eisdem redditibus pro ut Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XVIIII Januarii

Magister Joannes deli puntigi Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod olim post Capcionem dicte domine regine Capte per Condam marchionem dum publice et palam diceretur quod

In Castro auguste erant domina regina maria dominus rogerius de monte Catheno et alii nobiles Cathalani Condam dopnus artalis de alagona Cum gente armigera recessit a Civitate Cathanie Causa obsedendi dictam dominam reginam post Cuius recessum publice et palam dicebatur et precipue per Illos qui venebant ab obsedione quod dictus Condam dopnus artalis tenebat condam dominam mariam obsessam et quod Castrum divenerat ad maximam Inopiam et Calamitatem propter obsedionem predictam que domina regina Cum dictis Cathalanis recesserunt adicto Castro versus Cathaloniam ut publico dicebatur de causa sciencie dixit ut supra et Interfuit vidit et audivit dictum Condam dopnum artalem recedentem adicta Civitate Cum gente armigera deloco In Cathania detempore dixit ab annis triginta octo Citra Item dixit quod post assertum recessum dicte domine regine adicto Castro auguste dictus Condam dopnus artalis In Civitatibus terris et locis regii demanii vallis nothi et demonum Incepit predominari recipiendo per suos officiales redditus et proventus secreciarum et portuum dictorum locorum et super eisdem redditibus beneficando gentes et gracias faciendo et permictendo sibi osculari manus de causa science Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta de loco In Cathania et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit scire ex fama quod dictus Condam dopnus artalis trasmisit suos ambaxiatores ad papam urbanum pro confirmacione vicariatus regni sicilie de Causa sciencie dixit ut supra deloco In Cathania detempore dixit post dictum assertum recessum dicte Condam domine regine ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XX Januarii

Nobilis dominus Jacobus denti legum doctor Civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod olim post Contractum matrimonium et confirmatum Inter dominum Joannem de crugles et dominam mariam eius uxorem Ipsi Jugales quodam die recorsum habuerunt ad presenciam Condam domini regis martini junioris eiusque Consilii petentes audiri et admicti Impeticione Castri monsalini qui Condam dominus rex martinus et prefatum eius Consilium audita dicta peticione noluerunt Consentire nec se Inclinare vel annuere dicte eorum peticioni sed voluerunt supersederi de causa sciencie Interrogatus dixit predicta scire ut tunc Iudex magne regie Curie et videtur sibi regordari quod Interfuit Impremissis licet non regordatur clare de loco In Castro Ursino Civitatis Cathanie de tempore dixit

ut supra Item dixit quod dictus Condam dopnus artalis Incepit predominari In Civitatibus terris et locis regii demanii vallis nothi et vallis demunum In eis Creando officiales pro libito voluntatis et percipiendo per officiales suos redditus et proventus secreciarum et portuum dictorum locorum et super eisdem gentes beneficando et gracias faciendo pro ut Interfuit vidit et audivit predicta deloco In Cathania et alibi detempore dixit ab annis triginta sex citra et usque ad eius obitum ad alia Interrogatus dixit nihil ad Causam etc.

XXI Ianuarii

Johannes de roya Civis Cathanie Iuratus et Interrogatus dixit quod olim post mortem Condam domini regis friderici Iunioris prefata domina regina maria remansit Imposse dicti Condam dopni artalis dealagona que stabat in Castro ursino Civitatis Cathanie quod Castrum non bene custodiebatur et noctis tempore dicta domina fuit capta per Condam guillelmum raymundum marchionem et si In eodem Castro fuisset diligens custodia dicta Condam domina non fuisset Capta Juxta videre et opinionem dicti testis de causa sciencie quo ad malam Custodiam Castri dixit scire ex fama quod alia dixit quod vidit et audivit deloco In Cathania detempore dixit Iam sunt anni triginta octo et plus Item dixit quod Ipsa Condam domina regina existente Imposse dicti Condam dopni artalis ut supra Ipse Condam dopnus artalis stransmisit suos ambaxiatores ad ducem mediolanensem pro Contrahendo matrimonium Inter dictum Condam ducem et prefatam reginam ut ferebatur dematrimonio pro Inde venerunt ad dictum condam artalem ambaxiatores dicti Condam ducis pro Causa predicta ut dicebatur qui fuerunt In Civitate Cathanie Cum dicto Condam dopno artali ut dicebatur tunc quisdem Condam dopnus artalis donaverat eisdem ambaxiatoribus dicti Condam ducis palacium messane In eorum posse de causa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco In Catania de tempore dixit ante Capcionem dicte Condam domine regine Item dixit scire ex fama publica referente quod condam rex petrus rex aragonum cum suis galeis Comburi fecit armatam quam Condam dux predictus faciebat Importu pisarum pro trasmictendo Ipsam ad dictum Condam dopnum artalem In eius auxilium deloco In Cathania detempore dixit ut supra Item dixit quod post dictam Capcionem dicta condam domina regina existente In Castro auguste Imposse Condam domini rogerii demonte Cathino et aliorum nobilium Cathalanorum pro parte dicti Condam domini regis petri ut publice ferebatur predicta prefatus Con-

dam dopnus artalis Cum gente armigera Inter quos fuit gens armigera dicti Condam ducis videlicet . . . . . seu Infanti assed..... Juxta vulgar . . . . . recesserunt a Civitate Cathanie Causa ponendi obsidionem Contra dictam dominam reginam et alios existentes Indicto Castro auguste Ipsamque dominam dominam obsedit per mare et per terram taliter quod publice dicebatur quod dictum Castrum propter eandem obsedionem devenerat ad maximam Inopiam et Calamitatem de Causa sciencie dixit ut supra et Interfuit vidit et audivit dictum Condam dopnum artalem Cum eadem gente recedere ut predictus eo presertim quod Idem testis solvit certam pecuniam ut In obsedionem predictam deloco et tempore ut supra Item dixit quod post assertum recessum dicte domine regine ad partes Cathalonie adicto Castro ut publice ferebatur Ipse Condam dopnus artalis remansit dominus Interris Civitatibus et locis regii demanii vallis nothi et demunum percipiendo fructus redditus et proventus secreciarum et portuum dictorum locorum regii demanii creando officiales pro libito voluntatis et beneficando gentes et faciendo gracias super eisdem redditibus et portuum permictendo sibi osculari manus pro ut Interfuit vidit et audivit predicta de loco In Cathania et alibi detempore dixit ut supra et usque ad eius obitum Item dixit quod post dictum obitum fratres et Consanguinei sui remanserunt domini tocius dominacionis dicti Condam dopni et dominum fuere usque ad adventum condam dominorum retroprincipum ad regnum sicilie pro ut Interfuit vidit et audivit deloco ut supra detempore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Joannes deancona Civis siracusarum veniens Cathaniam pro factis suis Juratus et Interogatus dixit quod olim post mortem Condam domini regis frederici dum domina Condam regina maria esset Imposse dicti Condam dopni artalis Ipse Condam dopnus artalis trasmisit suos ambaxatores ad dominum Condam ducem mediolanensem pro Contrahendo matrimonium Inter dictum Condam ducem et prefatam Condam dominam reginam mariam et pro Inde venerunt ambaxiatores dicti Condam ducis ad eundem Condam dopnum artalem pro eadem Causa et publice ferebatur quod dictum matrimonium erat firmatum eciam venerunt gentes armigere dicti Condam ducis ad dictum Condam dopnum artalem In sui auxilium et favorem cum quibus faciebat guerram Contra Condam marchionem de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco In Catania detempore ut proximus Item dixit scire ex fama

publica et precipue ex relacione Illorum qui fuerunt In combuscione armate ducis mediolanensis quod Condam dominus rex petrus rex aragonum comburi fecit armatam quam dictus condam dux faciebat ad trasmictendum eam ad dictum Condam dopnum artalem In sui favorem et auxilium de causa sciencie dixit ut supra deloco In civitate siracusarum et alibi detempore ut proximus dicit tamen quod de Inde ad tempore Idem testis se Contulit Importu Civitatis pisarum et vidit naves Combustas et gentes dicebant testi qui fuerunt naves dicte armate Condam ducis Item dixit quod post Capcionem dicte domine regine marie dum Ipsa domina esset Indicto Castro auguste Imposse nobilium Catalanorum Inter quos erat unus de cognomine de monte cathino pro parte dicti Condam domini regis petri ut ferebatur prefatus Condam dopnus artalis obsedit eandem dominam reginam per mare et per terram Ipsum Castrum bombardiando et guerram Contra Id regentes existentes In eo faciendo taliter quod fuit fama quod Illi de Castro comederunt mures ad tantam strinsionem et inopiam venerunt de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit deloco In obsedione detempore dixit ab annis triginta octo Citra Item dixit quod pro Inde Ipsa domina Cum dictis nobilibus recesserunt adicto Castro euntes ad partes Cathalonie Cum galeis pro ut Interfuit vidit et audivit deloco In dicta obsedione detempore ut supra Item dixit quod post recessum dicte Condam domine regine ut supra Idem Condam donnus artalis Incepit predominari In valle nothi et parte vallis demonum In Civitatibus terris et locis demanii regis percipiendo redditus et proventus secreciarum et portuum et beneficando gentes super eisdem redditibus pro ut Interfuit vidit et audivit de loco et tempore ut proximus Item dixit qualiter post obitum dicti dopni condam artalis fratres et Consanguinei sui damnati fuerunt ut supra et dixit ut idem proximus ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XXIII° Januari XII Ind.

Nobilis ant tudiscus Civis Cathanie major Juratus et Interrogatus dixit quod olim dum Condam domina regina maria esset Imposse dicti Condam dopni artalis dealagona Ipse Condam dopnus artalis transimit suos ambaxiatores ad ducem mediolanensem pro contrahendo matrimonium Inter dictum Condam ducem et dictam reginam mariam et pro Inde venerunt ambaxiatores dicti Condam ducis ad prefatum Condam dopnum artalem pro Causa predicta et publice dicebatur predictum matrimonium erat firmatum et eciam venerunt gentes armigere dicti condam ducis ad prefatum Condam dopnum ar-

talem In eius favorem de quibus Idem Condam dopnus artalis sibi Reservavit et serviebat In guerras quas faciebat Contra Condam marchionem de causa sciencie Interrogatus dixit quia Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania et alibi detempore dixit ante capcionem dicte domine regine Item dixit scire ex fama publica quod Condam dominus rex petrus rex aragonum comburi fecit armatam quam dictus Condam dux fieri faciebat Importu pisarum protransmictendo eam ad dictum Condam dopnum artalem ad regnum sicilie deloco Cathanie et alibi detempore ut supra Item dixit q dicta. Condam domina regina maria esset Imposse dicti Condam domini rogerii de monthe Catheno pro parte dicti Condam regis aragonum ut asserebatur Intus Castrum Auguste Idem Condam dopnus artalis obsedit cum gente armigere dictum Castrum per mare et per terram taliter quod prefatum Castrum devenit ad maximam Inopiam et Calamitatem et miseriam et quasi gentes Ibi adstantes moriebantur fame ut percepit per illos qui erant In Castro tunc de Causa sciencie dixit bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat In obsedione ut armiger Cum dicto Condam dopno artali deloco In obsedione de tempore ut supra dicit quod Ipso Castro existente obsesso dicta domina regina recessit ab odem Castro Cum galeis ad partes cathalonie ut asserebatur de Causa sciencie loco et tempore dixit ut supra Item dixit quod recessum dicte condam domine regine Ipse Condam dopnus artalis Incepit predominari Interris Civitatibus et locis vallis noti et parte vallis demunum regii demanii creando In hiis officiales pro libito voluntatis et recipiendo fructus redditus et proventibus dictorum locorum vel secreciarum et portuum de hiis beficando gentes seguaces et amatores suos et permictendo sibi osculari manus et faciendo gracias dedictis redditibus de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco In Catania et alibi de tempore ut supra et usque ad ejus obitum Item dixit quod post dictum obitum fratres et consanguinei sui tenuerunt et tenebant Civitates terras et loca regii demani que tenebat Idem Condam dopnus artalis usque ad adventum Condam dominorum retroprincipum ad regnum sicilie prout Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania et alibi detempore dixit usque ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil ad causam.

XXIIII° eiusdem

Lanzelocta de monte Catheno Juratus et Interrogatus dixit scire ex fama publica referente Impartibus Cathalonie et precipue In Cu-

ria condam domini regis petri supradicti quod Ipse condam dominus rex Comburi fecerat armatam quam Condam dux mediolanensis faciebat Importu pisano pro mictendo eam Condam dopnum artalem dealagone In regno sicilie In eius auxilio deloco ut supra de tempore dixit Jam sunt anni fere quatraginta parum plus vel minus Item dixit quod Capta domina regina maria per prefatum Condam guillelmum raymundum et transducta ad Castrum auguste Ipse Condam guglelmus raymundus se Contulit ad partes Cathalonie ad presenciam dicti Condam domini regis predicti Cui predictam capcionem notificavit quod Condam dominus rex armari fecit certas galeas et transmisit Cum eis Condam dominum rogerium de monte catheno et alios nobiles Catalanos eciam Cum hiis venit dictus guglelmus raymundus qui eidem domino rogerio nomine et pro parte dicti Condam domini regis petri assegnavit dictam dominam reginam et Castrum auguste de Causa sciencie Interrogatus dixit premissa scire de voce et fama publica referente deloco impartibus Cathalonie detempore dixit ut supra Item dixit quod dum In dictis partibus diceretur quod dictus Condam dopnus artalis tenebat dictam dominam reginam obsessam Indicto Castro auguste gentes publice loquebantur contra dictum dopnum artalem dicentes lu trayturi di donartali dialagona teni assisata la regina di scicilia pro ut Interfuit vidit et audivit ut dictum est deloco ut supra detempore ut supra ut Illis tem poribus ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XXV° Januarii

Nobilis magister nicolaus de Ustica phisicus Juratus et Interrogatus dixit quod olim anno VI Indicionis secundo preterito Condam Comes antonius devintimilio Condam dopnus chiet . . . . . de vintimilio et ceteri alii nobiles et proceres regni fuerunt et erant rebelles regie majestati facientes gueram contra dictam regiam majestatem et occupantes loca regii demanii et precipue terram Calaxibecte et terram policii occupatam per dictum Condam Comitem antonium ut publice asserebatur de occupacione dictorum locorum de Causa sciencie Interrogatus dixit predicta bene et perfecte scire ac vera esse ut notoria deloco In Cathania detempore ut supra Item dixit quod postquam dictus dominus Johannes de Cruygles cepit et habuit In uxorem dictam dominam mariam Ipse fuit Impresencia Condam domini regis martini Junioris et sui consilii petendo et supplicando posse movere et temptare questionem super peticionem Castri monsalini nomine dicte domine eius uxoris Con-

tra prefatum henricum et Idem testes ut tunc balius dicti henrici apportavit privilegium Concessionis dicti Castri prefato domino regi et eius Consilio qui dominus rex et Consilium audito tenore et serie dicti privilegii providerunt Ipsum dopnum Joannem non admictendum In dicta sua peticione et habuit repulsam a dicto domino rege et Consilio super dicta sua peticione de Causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta ut dictum est tamquam balius ut supra qui se Intromisit In premissis pro parte dicti henrici ad Impediendum peticionem predictam dicti domini Johannis deloco Interra Calat de tempore dixit ut supra declarans quod pro Causa predicta Idem testis se contulit Calatagironum dicit tamen quod Idem dopnus Johannes est scriptus manupropria Indicto privilegio dicti henrici nihilominus se referet ad Id Item dixit quod post mortem condam domini regis lodovici successit ei condam dominus rex fridericus Junior Inregno Scicilie et Condam dopnus artalis Interris Civitatibus et locis regii demanii quibus dominabatur mandabat quicquid Ipse volebat et ei erat paratum et Condam dominus rex fridericus erat tamquam umbra sive statua de causa sciencie dixit predicta bene et perfecte scire et Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania et alibi de tempore dixit quod vite dicti Condam domini regis friderici Item dixit quod olim dum veniret novum In Civitate Cathanie qualiter dominus rex fridericus decapitari fecerat dictum Condam Comitem thomasium seniorem Interra nicosie dictus Condam dopnus artalis Cum sua Comitiva equitavit a Civitate Cathanie Causa eundi ad terram sancti philippi Cujus dictus Condam Comes erat dominus et de Inde venit novum quod dictus Condam dopnus artalis se Importeraverat de dicta terra de causa sciencie Interrogatus dixit predicta scire ut supra et Interfuit vidit et audivit Ipsum Condam dopnum artalem equitantem ut supra deloco In Catania detempore Jam sunt anni quinquaginta Item dixit quod mortuo Condam domino rege friderico Ipse condam dopnus artalis remansit dominus Interris et locis ac Civitatibus vallis nothi et demunum et In eius posse remansit Idem domina regina maria quam tenebat In Castro ursino et Ipse solus dominabatur et si dictum Castrum fuisset bene Custoditum prefata Condam domina regina maria non fuisset Capta Justa Credulitatem dicti testis de Causa sciencie dixit bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco In Cathania detempore dixit ut supra Item dixit quod dicta Condam domina regina maria existente Imposse dicti Condam dopni artalis Ipse transmisit suos ambaxatores ad ducem mediolanensem pro Contrahendo matrimonium Inter dictam Condam dominam reginam et

xit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incivitate cathanie detempore dixit ut supra declarat quod si prefatus dopnus artalis custodiri fecisset dictum Castrum ut debebat prefata domina regina non fuisset capta de causa sciencie dixit Justa suum videre et firmiter credit se certum et Justa recordium Ipsius testis prefata domina regina fuit circa annum unum ante secundam mortalitatem et de hoc clare recordari Item dixit quod Ipse testis fuit et est opinionis et credulitatis secundum gestus et modos quos dictus dopnus artalis tenebat quod Ipse dopnus artalis Intendebat dictam dominam reginam maritare cum persona que esset devoluntate dicti Condam dopni artalis Justa demostracionem et ostensionem Ipsius Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis publice et palam asserebat et dicebat quod prefata domina regina maria habebat In virum suum condam dominum regem martinum Juniorem et quod erat contractum matrimonium Inter eos quod dopnus artalis habebat claram noticiam et consciencia de dicto matrimonio secundum quod Ipse dicebat prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore Ipso vivente Item dixit quod olim post contractum matrimonium predictum ad prefatum dopnum artalem venit ambaxiator a partibus cathalonie Ignorat declarare si fuerunt trasmissi per Condam dominum regem Johannem quod ambaxiator fuit condam dominus petrus maresma post cuius adventum puplice dicebatur quod Ipse erat transmissus ad omnes barones regni ad notificandum eis matrimonium predictum et ad notificandum eis quod dicti domini rex martinus et regina maria Intendebant se trasferre ad eorum regnum ad sciendam eorum Intencionem si volebant eum recolligere qui barones regni dederunt vocem eidem dopno artali quod Ipse responderet pro omnibus et prefatus dopnus artalis habuit discursum dicto ambaxiatori quod si dictus dominus rex et regina venirent ad regnum prefatum absque Inimicicia dicti dopni artalis Ipse erat paratus eos recolligere et si venirent cum suis Inimicis nullo modo volebat eos recolligere immo se defensare et defendere de causa sciencie dixit predicta scire voce et fama publica referente ut supra deloco tam Incuria dicti dopni artalis quam Incivitate cathanie detempore dixit ut supra dicit quod dictus dominus petrus maresma habens loquucionem depremissis cum dicto teste eidem testis retulit predicta deloco Incatania detempore post adventum condam dominorum principum Inregno scicilie declarat tamen quod Ipse testis vidit dictum dominum petrum ambaxiatorem cum dicto dopno artale Item dixit scire ex fama quod dictus condam dopnus artalis Incuria Condam domini regis Johanni regis aragonum retinuit et retinebat exploratores qui

faciebant Ipsum advisatum degestis et Intencione dicti principis expendendo amplam pecuniam dictis exploratoribus de causa sciencie dixit ut supra deloco Incathania detempore dixit Ipso dopno artali vivente Item dixit quod tempore vite dicti condam domini regis frederici Ipse condam dopnus artalis tenuit et tenebat civitatem Cathanie Inqua tenebat officiales pro libito voluntatis et recipiebat redditus et proventus dicte civitatis et usque ad obitum dicti domini regis et ante contractum matrimonium Inter dictum dominum regem fidericum et condam reginam antoniam *(sic)* Ipse dopnus artalis tenebat aliquas terras regii demanii recipiendo redditus et proventus et creando In hiis officiales ad sui libitum de causa sciencie dixit benescire predicta et vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore ut supra Item dixit quod olim dicto Condam domino rege existente absente a civitate cathanie prefatus Condam dopnus artalis fieri fecit et faciebat siclam Incivitate cathanie eo non obtinente licentiam adicto domino rege tunc absente adicta civitate ut supra et hoc contra privilegia nobilis civitatis messane de causa sciencie dixit predicta benescire ut Ille qui erat Incivitate cathanie et Interfuit vidit et audivit dictam siclam fieri deloco Ineadem civitate detempore Ipso domino rege vivente Item dixit quod postquam castrum auguste venit Inposse condam domini rogerii de monte catheno ambaxiatores condam domini regis petri regis aragonum Inquo Castro erat dicta domina regina maria prefatus condam guillelmus raymundus non erat Incodem castro sed erat absens et dicebatur quod abferat ad partes catalonie de causa sciencie dixit predicta benescire ut Ille qui erat Incampo cum dicto condam dopno artali contra prefatam dominam reginam deloco Ineodem detempore tempore dicte obsedionis Item dixit quod prefatus dopnus artalis tenens dictam dominam reginam absconsam quando mictebat eidem domine honore suo tantum res comestibilias et quando non transmictebat et stabat per dies non transmictendo et postea ad evitandos loquuciones gentium loquenciam quod Ipse dopnus artalis debebat transmictere sibi res comestibilias Ipsi transmictebat ut supra et Ille qui apportabat dictas res reddebat postea Illud quod superabat dicta domina Incomessione sua de causa sciencie dixit predicta scivit et bene novit et sensit ac Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Ineorum campo deloco et tempore dixit ut supra Item dixit quod quando dictus dopnus artalis existens Ineodem campo mictebat condam domino uberto bonifiliis fisicos quinque ut curarent dominam reginam predictam quinque sororos quod condam guillelmi raymundi et alii cathalani pro stagio pro dicto domino uberto veniebant addictum dopnum artalem

et tunc Ipsi cathalani comedebant cum eo decausa sciencie quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Indicto campo detempore ut supra dicit quod Ipse testis numquam audivit nec sensit nec audivit aliquem cathalanum existentem Ineodem castro venientem addictum dopnum artalem et camedentem cum eo nisi pro causa predicta Item dixit quod dum dictus condam dominus poncius de alcala cathalanus esset Indicto castro cum dicto Condam domino rogerio profata domina regina capta extitit per condam matheum dealagona fratrem Ipsius condam dopni artalis et de inde Ipse dominus personam se reddemit decausa sciencie dixit predicta scire voce et fama publica referente deloco Incathania Incampo predicto detempore dixit ante dictam obstentionem Item dixit quod tempore quo Ipse testis serviebat Ipsi dopni artali testis Ipse non consequebat aliquam provisionem ab eodem dopno artali et eodem modo quando dopnus artalis favebat aliis non servientibus sibi decausa sciencie dixit predicta scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore post mortem dicti condam domini regis friderici Item dixit quod prefatus dopnus artalis tenuit et tenebat gentem stipendiatam et provisionatam ad sui comodum et auxilium, decausa scientie dixit bene scire ex eo quia dicta gens serviebat sibi tantum et quanto erat necesse Ibat post eum contra suos Inimicos deloco ut supra detempore post mortem domini regis predicti Item dixit quod Ipse testis fuit et est opinionis quod multa gens stipendiata predictum dopnum artalem sequuta fuisset voluntatem suam contra regem naturalem et quamcumque aliam personam Item dixit quod gens armigera que erat Incampo contra dictam dominam reginam fuit et erat stipendiata contra Ipsum dopnum artalem et era in suo favore et auxilio contra dictam dominam reginam decausa sciencie dixit predicta scire bene ut Ille qui erat In dicta obstendione supradicta a dicto dopno artali deloco Indicto campo detempore ut supra Item dixit quod terre paternionis minei Jaci traine fuerunt et erant regii demanii et dictus dopnus artalis tempore vite domini regis predicti tenebat eas decausa sciencie dixit quod vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra dicit quoque Ipse testis quod credit Incertum quod si dictus dominus rex voluisset easdem terras Ipse dopnus artalis sibi non assignasset quia Ipse dominus rex non erat ausus contradicere dicto dopno artali et hoc bene scit et scenciebat suam facultatem Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis retinuit et retinebat magnum et grandem statum et fieri fecit monasterium nove lucis ac emit castrum et alia bona decausa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria

sua deloco Incathania detempore dixit tempore vite Ipsius domini regis petri redemptionem emisse quod emit post mortem dicti domini regis dicit Ipse testis quod reddit se certum quod Ipse dopnus artalis ex redditibus regiis faciebat premissa ex eo quia ex butera et mistrecta vel ex redditibus Ipsarum non potuisset predicta adinplere Item dixit quod condam manfridus dealagona matheus Jaymus fratres dicti dopni artalis retinebant grandem et magnum statum super redditibus regii demanii Ipso dopno artali permictente et volente quia fratres ex patrimonio eorum nichil habebant decausa scientie dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Incathania et alibi Item dixit quod In aliquibus portibus et Januis publicis precipue In Janua port fuerunt et sunt depicta arma dealagona siracusie fuerunt depicta de consensu Ipsius dopni artalis Ignorat sed bene Ipse habebat noticiam et conscenciam de causa scientie dixit predicta benescire et vidit et audivit Ipsa arma depicta et Ipsum habentem conscienciam Juxta opinionem et credulitatem dicti testis deloco Incathania detempore dixit post mortem dicti condam domini regis friderici et etiam Ipso domino rege vivente Interrogatus super capitulo continente In effectu qualiter Ipse dopnus artalis In sui testamento et codicillis nullam mensionem fecit de dicta domina regina maria dixit quod se referit ad ea Item dixit quod post adventum condam dominorum retroprincipum Inregno scicilie condam Jaymus dealagona frater dicti dopni artalis et aliqui sui nepotis serebellarunt Contra dictos principes et rebellionem commiserunt talem quod dominus Jaymus perdidit caput suum et bona sua et nepotes perdiderunt bona eorum et artalis dealagona eorum nepos exulavit aregno et perdidit bona sua et cum eisdem concurrerunt servitores et domestici dicti dopni artalis Inrebellione prefata decausa sciencie dixit quod interfuit vidit et audivit predicta deloco Incathania et alibi detempore dixit post adventum predictum super aliis super quibus fuit Interrogatus de voluntate producentis dixit nihil scire.

XI° madii XII Inditionis

Nobilis antonius tudiscus major civis civitatis cathanie Juratus et Interrogatus sereferendo ad suas alias deposiciones dixit quod olim tempore quo condam dominus rex fridericus recuperavit terram tauromeni et Inmessanam et alia loca regii demanii que tunc tenebat comes herricus rubeus ambaxiatores messanenses pro parte dicte civitatis fuerunt ad presenciam dicti dopni artalis et cum eo contrastarunt et contrastabant circa reddicionem dicte civitatis et tunc

nulla mensio fiebat de dicto domino rege friderico qui habebatur tanquam umbra de causa scientie dixit predicta bene scire et vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria dicti dopni artalis ac scienciebat deloco Intauromeno et alibi detempore ut supra Item dixit quod prefatus dominus rex fridericus non fuit nec erat ausus contradicere voluntati dicti condam dopni artalis Immo dictus condam dopnus artalis fuit et erat ausus facere resistenciam contra dictum dominum regem de causa sciencie dixit predicta scire ut Ille qui erat In curia dicti dopni artalis et ea senciebat et novebat deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore vite Ipsius condam domini regis Item dixit quod mortuo dicto condam domino rege friderico prefatus Condam dopnus artalis regebat et gubernabat vallem noti creando officiales et faciendo gracias pro libito voluntatis eiusdem domina regina resistente Incastro ursino tanquam unbra et faciebat quod sibi placebat nil curando de eadem domina decausa sciencie dixit ut supra proxime deloco Incathania detempore ut supra dicit quod Indubitatum tenet et credit quod si dictus dopnus artalis fecisset dictum castrum ursinum bene custodiri prefata domina non fuisset capta Item dixit quod testis Ipse fuit et est opinionis quod prefatus dopnus artalis non permisisset prefatam dominam reginam mariam maritari nisi cum ea persona que dicto dopno artali placuisset Item dixit scire ex fama publica referente quod prefatus condam dopnus artalis retinuit et retinebat exploratores Incuria domus aragonum expendendo amplam pecuniam In hiis deloco In civitate cathanie detempore dixit post capturam dicte domine regine Item dixit quod prefatus condam dominus artalis fieri fecit et officiales Incivitate cathanie ad sui libitum prefato domino rege pro nichilo reputato de causa sciencie dixit bene scire predicta et vidit et audivit presertim quod Ipse dopnus artalis fecit eundem testem officialem Incivitate cathanie deloco Ineadem detempore dixit Ipso domino rege vivente Item dixit quod eciam Ipse condam dopnus artalis fieri fecit Incivitate cathanie siclam si contra voluntatem dicti regis Ingnorat bene credit quod civitati messane non placuit et contra privilegia sua ut Interfuit vidit et audivit de loco et tempore ut supra Item dixit quod prefata domina regina maria adducta ad castrum auguste per prefatum condam marchionem Ipsa domina regina maria remansit Incastro predicto Inposse condam domini rogerii demonte catheno et aliorum cathalanorum dicto condam marchione absente ab eodem castro et dicebatur quod accesserat ad partem cathalonie de causa scientie dixit predicta bene scire et bene novit sensit ut Ille qui erat In obsedione predicta cum dicto dopno artali Item dixit quod dicto dopno

artali tenente dictam dominam reginam absconditam dum diceretur Inobsedione quod dicta domina regina patebatur quia non habebat necessarium circa vitam suam et Illi qui erant In obsedione loquerentur contra dictum dopnum artalem quod non bene faciebat non trasmictere eidem domine regine res comestibilias pro vita sua Ipse dopnus artalis primo loco per aliquos dies trasmisit eidem domine regine res comestibilias sufficientes ad duas personas tantum ad plus et pro Inde penituit se transmictere tantas missiones dicendo quod dubitabat ne deceperetur et dum diminuit easdem missiones et transmictebat eidem domine tantam missionem Ita modicam quod non poterat supplire altram unam personam que missio non erat sufficiens nisi uni persone tantum taliter quod tam Ipse testis quam alii Ineadem obsedione astantes Inter eos decidebant et truffabantur sereto modo de dicta modica missione transmissa ut supra dictum est de causa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta ut dicta sunt de loco Ineadem obsedione detempore dixit ut supra Item dixit quod gens que erat stipendiata et provisionata per Ipsum condam dopnum artalem ei serviebat In serviciis suis et ad sui comandum que gens stabat ad omne Ipsius mandatum comudum et utilitatem et ei dicta gens serviebat ut ei proprio et non alio modo decausa sciencie dixit predicta bene scire ut Ille qui erat provisionatus per Ipsum dopnum artalem et sibi serviebat ut supra et non alio modo et eodem modo dicta gens serviebat ut erat comunis opinio et Ita publice dicebatur et ferebatur ac tenebatur deloco Incathania et alibi detempore post mortem dicti condam domini regis Item dixit quod dicta gens stipendiata pro majori parte erat Ita affecionata et beneficata per Ipsum dopnum artalem quod bellassent contra quemqumque principem aragonie venientem ad regnum scicilie decausa sciencie dixit Juxta eius opinionem et credulitatem et presertim quod post adventum condam dominorum retroprincipum multi et quasi major pars servitorum Ipsius dopni artalis fecerunt contra duos principes cum artali dealagona nepote suo Item dixit quod Inprefata obsedione prefati provisionati fuerunt et erant cum dicto dopno artali Insui favorem contra dictam dominam reginam et obediebant ei In omnibus suis mandatis de causa sciencie Interrogatus dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui fuit Ineadem obsedione deloco ut supra detempore ut supra Item dixit quod mortuo dicto condam rege friderico prefatus condam dopnus artalis sibi recepit et recipiebat per officiales suos omnes reditus et proventus regii demanii nonnullarum civitatum terrarum et locorum et portuum dicti regii demanii faciendo de hiis velle suum et Insui comodum

convertendo prefata domina regina nichil tangente de dictis redditibus de causa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit predica ut Ille qui erat Incuria Ipsius dopni artalis ac bene scenciebat et novit qualiter dicta domina regina nichil tangebat dedictis redditibus deloco Incathania et alibi detempore dixit mortuo dicto domino rege friderico et ab eo tempore circa et usque ad obitum Ipsius dopni artalis Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis emit quoddam castrum fieri fecit novam lucem quam dotavit resimam et turrim et multa alia moranmatha et edificia expendendo In hiis amplas pecuniarum summas etiam retinuit retinebat magnum et grandem statum decausa sciencie dixit quod Interfuit vidit et audivit predicta deloco Indictis locis et Incathania detempore dixit post mortem dicti Condam domini regis friderici et ante quo ad terras hedificia ex hedificiis superius declaratis dicet quod dictus testis credit se certum quod prefatus condam dopnus artalis egit et fecit premissa ex redditibus et pecuniis redditiuum regii demanii considerato presertim quod Ipse dopnus artalis non habebat tantos redditus ex bonis suis propriis quod potuisset premissa adinplere Item dixit quod condam manfridus dealagona Jaymus dealagona et matheus dealagona fratres dicti Condam dopni artalis retinuerunt et retinebant honorabilem et magnificum statum super terris et locis regii demanii Ipso dopno artali primo genito sciente tacente et non contradicente de causa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit de loco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit scire ex fama puplica et precipue aliquorum Intrinsicorum dicti condam dopni artalis quod Ipse tempore mortis sue reliquit et dimisit anplas pecuniarum summas et Jocalia deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod post adventum condam dominorum retroprincipum supra dictorum Jaymus dealagona frater dicti dopni artalis et artalis dealagona eius nepos et alii nepotes fuerunt rebelles regii et commiserunt rebellionem et bona eorum tamquam bona rebellium fuerunt concessa regiis fidelibus sui Jaymus fuit decapitatus ut rebellus et dictus artalis exul a regno decausa scientie dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore ut supra Item dixit audivisse parabolose Indiversis vicibus quod dictus condam dopnus artalis cum aliquibus suis servitoribus Intravit quoddam castrum quod ad presens non est memor declarare In quo erat pecunia dicti condam domini regis In quo castro Intravit per vim et habuit dixisse dicto domino regi signum fachiti nexiri quilli ki su arrero la cortina et assayamuni de causa scientie dixit ut supra deloco Incathania et Inmessane de tempore dixit tempore vite Ipsius domini regis

XX madii XII Indicionis

Philippus damati Civis catanie Juratus et Interrogatus dixit quod condam domini reges martinus et martinus fuerunt et erant Justi et recti qui non fecissent aliud nisi Justiciam decausa sciencie dixit quod protalibus et Intales eos habuit et habebat eos deloco Inregno scicilie detempore post eorum adventum super aliis super quibus fuit Interrogatus dixit nichil aliud scire nisi prout deposuit super primis replicacionibus.

Linus de lano Juratus et interrogatus se referendo ad dictam aliam deposicionem quatenus deposuit ad peticionem nobilis domine marie de curigles dixit scire ex fama quod condam antonius derigio fuit Interfectus Incastro civitatis siracusarum et condam Joannes demana Interra vicari si tamen dictus condam dopnus artalis fecit eos Interfeci et si erant Intimi dicto domino regi dixit nesciri deloco Incathania tempore vite dicti domini regis Item dixit quod olim Inprefatum condam dopnum artalem venerunt duo nobiles cathalani qui cum eodem dopno artali recesserunt a civitate cathanie et se contulerunt ad terram nicosie Inqua venerunt barones regni scicilie qui tunc erant et tenebant hoc regnum et fuerunt omnes Inconsilio et Intereos omnes erant consilio et tenebant consilia Ignorat tamen Ipse testis declarare super quo erant dicto consilio nec qua decausa dicti nobiles cathalani venerunt ad prefatum regnum de causa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria dicti dopni artalis et fuit Insua Comitiva Indicta terra nicosie deloco ut supra detempore dixit post mortem dicti Condam domini regis friderici Item dixit quod dictus condam artalis dedit et dabat salaria et provisiones gentibus armigeris que serviebant ei et stabant ad omnem Ipsius mandatum de causa sciencie dixit bene scire et vidit et audivit ut Ille qui erat de comitiva sua deloco Incathania detempore dixit post mortem dicti condam domini regis friderici Item dixit quod tempore quo dictus condam dopnus artalis tenebat condam dominam reginam mariam absconsam In castro auguste gens stipendiata per Ipsum dopnum artalem erat cum eo Ineadem obsedione et serviebat sibi et stabat ad omnem mandatum Ipsius in faciendo guerram contra dictum castrum decausa sciencie dixit benescire et vidit et audivit ut alii qui erant Ineadem obsedione ut provisionati dicti condam dopni artalis deloco Ineadem detempore ut supra Item dixit quod dictus condam dopnus artalis tenuit et tene-

bat magnificum et grandem statum ac etiam emit quoddam castrum et hedificari fecit monasterium novelucis Ipsumque dotavit etiam hedificari fecit nesimam et turrim Inqua morabatur si depecunia regii demanii egerit premissa dixit ne scire de vera causa sciencie sed credit et tenet quod ex redditibus regii demanii ex eo quia per officiales suos recipiebat redditus et proventus regii demanii pro certa parte vel de Illis bonis regii demani que Ipse tenebat decausa sciencie dixit bene scire predicta et vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria sua deloco Incathania de dictis bonis detempore dixit ut supra Item dixit quod tempore quo dictus condam dopnus artalis mortuus extaret reliquit et dimisit sexsaginta milia florenorum Inpecunia numerata de causa sciencie dixit bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui mortuo dicto condam dopno artali una cum aliis numerarunt eandem pecuniam deloco Incastro Jacci detempore dixit ut supra dicit quod testis Ipse tenet et credit quod major pars dicte pecunie fuit ex redditibus regii demani et precipue ex Item dixit quod Ipse testis habuit et habebat condam dominos retroprincipes videlicet martinum et martinum pro bonis et Justis hominis Item dixit quod tempore quo fuit guerra Inter dictum condam dopnum artalem et Condam melchiorem Ipse dopnus artalis abstulit a condam barone buccheri terram et castrum Ipsamque tradit condam rogerio de lalaymo etiam abstulit a condam merchiore terram et castrum auguste et advenientibus condam dominis retroprincipibus supradictis baro buccheri qui vi ad presens recuperavit dictam terram cum Castro et prefatus marchio bona sua de causa sciencie dixit predicta scire voce et fama publica referente deloco Incatania detempore dixit ut supra Item dixit quod post adventum condam dominorum retroprincipum ad regnum sicilie multi ex servitoribus dicti condam dopni artalis fuerunt rebelles et bona eorum fuerunt concessa alteri et artalis dealagona et Joannes de filingerio fuerunt et sunt exules a regno scicilie ratione rebellionis eorum decausa sciencie dixit predicta bene scire et vera esse deloco Incathania et alibi detempore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XVIIII ejusdem

Nobilis nicolaus miglarisi civis cathanie Juratus et Interrogatus dixit se referendo ad suam aliam deposicionem quam fecit ad pe nobilis domine marie de curigles dixit scire ex fama quod dum Condam dominus rex fridericus predictus esset Incastro ursino cla-

rissime civitatis cathanie prefatus condam dopnus artalis cum servis suis armatis Intravit castrum predictum et

condam domino luterio deprothonotaro tunc Intimo cum dicto condam domino rege deloco Incathania detempore tempore vite dicti condam domini regis Item dixit quod olim post mortem dicti condam domini regis prefatum condam dopnus artalis gessit et gerebat ac administrabat omnia facta et negocia vallis noti creando officiales pro debito voluntatis et recipiendo redditus et proventus et faciendo gracias Justa velle suum prefata condam domina regina existente Incastro ursino de causa sciencie dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat cum dicto dopno artali deloco Incathania detempore dixit ut supra dicit quod Ipse testis tenuit et credit quod si prefatum castrum ursinum fuisset melius custoditum prefata domina regina non fuisset capta a dicto castro Item dixit quod olim condam dopnus arlalis supradictus fieri fecit Incivitate cathanie siclam si contra voluntatem dicti domini regis et privilegia messane dixit nescire declarare prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania vel Indomibus vocatis lasicla detempore dixit tempore vite Ipsius. domini regis Item dixit scire ex fama publica quod prefatus condam dopnus artalis tempore mortis dimisit amplissimam pecuniarum quantitatem et Jocalia deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod tempore quo dictus dopnus artalis tenuit et tenebat prefatam dominam reginam asconsam Incastro auguste stipendiati et provisionati Ipsius dopni artalis Ineadem obsedione steterunt et stabant ad omne mandatum Ipsius dopni artalis et In eius serviciis servientes ei In mandatis suis decausa sciencie quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui servit Ineadem obsedione deloco et tempore dixit ut supra Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis percepit et percipiebat redditus et proventus regii demanii vel civitatum terrarum et locorum ac portuum sui regiminis faciendo de hiis velle suum et convertendo Inusus suos proprios decausa sciencie dixit bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat Incuria sua deloco Incathania et alibi detempore dixit tempore obitus dicti condam domini regis usque ad obitum Ipsius condam dopni artalis credit Ipse testis quod prefata domina regina maria tempore obsedionis predicte erat etatis annorum quindecim parum plus et Justa credulitatem sui et recordium suum Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis tenuit et tenebat magnificum et grandem statum quia emit unum castrum construi fecit monasterium nove lucis et nesimam et turrim expendendo Jnhiis anplas pecuniarum summas Justa videre dicti testis quod monaste-

rium dotavit quod testis Indubitanter tenet et credit quod ex pecuniis regii demanii adinplevit premissa quod Ipse dopnus artalis ex bonis suis non habebat tot redditus quod potuisset premissa adinplere decausa sciencie loco et tempore ut supra Item dixit quod fratres dicti dopni artalis tenuerunt et tenebant grandem statum et magnificam curiam prefato condam dopno artale presente et consenciente de causa sciencie dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus de voluntate producentis dixit nihil scire.

penultimo eiusdem

supradictus antonius tudiscus maior Iterato Juratus et Interrogatus super capitulis que denovo pervenerunt presentatis cathanie quinto decimo madii XII Indictionis dixit quod olim aliqui nobiles cognominati de capisano fuerunt necati et Interfecti Ineadem terra prout ex fama publica percepit sed vidit et audivit aliquos servitores dicti condam dopni artalis venientes ad eum Incivitate Cathanie et se Jactantes Interfecisse eosdem decapizano et obstendentes BUTTUNOS DEPERULIS et asserentes eos habuisse ex bonis dictorum de capizano quod dopnus artalis eosdem servictores bene tractabat post dictam famam et Jactacionem qua decausa testis Ipse credit et tenet quod dictus condam dopnus artalis fecit eos Interfeci decausa scientie dixit ut supra et vidit et audivit Ipsum dopnum artalem eos bene tractantes Ipsosque se Jactantes ut supra deloco Incathania detempore tempore vite dicti domini regis Item dixit quod olim dum condam dominus rex fridericus fuisset percussus Incapite Incivitate messane ut publice dicebatur prefatus dominus rex misit ad prefatum dopnum artalem quod sibi transmicteret dominum corradum decastellis militem racione occasione dicte percussionis qui dopnus artalis penitus recusavit Ipsum dominum corradum ad eumdem dominum regem Incivitate messane transmictere decausa scientie dixit predicta benescire et vidit et audivit et sensit et novit ut Ille qui erat Incuria dicti dopni artali deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti condam domini regis ut Jam sunt anni fere quinquaginta ad alia nichil.

Nobilis nicolaus depaternione Juratus et Interrogatus se referendo ad suam aliam deposicionem dixit quod tempore mortis condam domini regis friderici et usque ad obitum prefati condam domini artalis Ipse condam dopnus artalis per se et officiales suos percepit

et percipiebat redditus et proventus tam secreciarum quam portuum regii demanii sui regiminis Ipsosque redditus expendebat Justa sui discrecionem faciendo de hiis velle suum de causa scientie Interrogatus dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam dopnus artalis tenuit et tenebat magnificum et grandem statum quod emit quoddam castrum et hedificari fecit monasterium novelucis Ipsumque dotavit et hedificari fecit nesimam turrim et alia hedificia si tamen premissa egit et emit dictum castrum depecuniis regii demanii dixit nescire declarare decausa deloco et tempore dixit ut supra Item dixit quod Ipse testis habuit et habebat condam dominos reges martinum et martinum pro Justis et rectis dominis Item dixit scire ex relacione multorum et precipue consanguineorum condam domine albire olim uxoris dicti testis et filie condam domini nicolai de rigio quod prefatus dopnus artalis Interfui fecit Incivitate siracusarum condam antonium derigio Intimum servitorem dicti condam domini regis friderici et auxiliari fecit et exulit condam dominum petrum de rigio et condam dominum nicolaum derigio filium suum Intimos servitores dicti condam dominis regis friderici decausa sciencie dixit ut supra deloco Incathania detempore Jam sunt anni triginta Ignorat tamen declarare si dictus condam dopnus artalis Interfeci fecit dictum condam antonium et eosdem dominum petrum et dominum nicolaum fecit exulari tamquam servitores et fideles dicti domini regis friderici Item dixit scire ex fama quod dictus condam dopnus artalis Interfeci fecit Interra placie aliquos decognomine decapizano si tanquam regios fidelis Ingnorat deloco Incathania detempore dixit ut supra.

XVI Junii XII Indictionis

Andriolus derigio civis cathanie Juratus et Interrogatus confirmando suam deposicionem dixit quod vivente dicto condam domino rege friderico Civitas cathanie obediebat dicto condam dopno artali et stabat sub mandatis suis qui fieri fecit siclam In civitate Cathanie si contra voluntatem dicti regis et privilegio messane Ingnorat declarare prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod condam domino rege friderico predicto existente In civitate siracusarum Cum quo fuit et erat condam antonius derigio qui erat intimus cum dicto domino rege et consiliariis suis quem dictus dominus rex multum diligebat et affectabat prefatus condam artalis dictum condam antonium Interfeci fecit de

causa sciencie qualiter dictus dopnus artalis eum Interfeci fecit dixit scire voce et fama publica referente et ex communi opinione gentium quam Ipse testis habuit et habebat quo ad alia dixit quod Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat cum dicto condam antonio deloco Incivitate siracusarum detempore dixit tempore vite dicti domini regis Item dixit quod condam dominus nicolaus derigio et condam dominus petrus pater suus fuerunt et erant Intimi cum dicto condam domino rege quia erant officiales sui quos dictus dominus rex multum diligebat et affectabat et Ineis habebat magnam fiduciam prefatus condam dopnus artalis eosdem patrem et filium prosequutus fuit et eosdem exulari fecit et expelli ac abstulit bona eorum Ipsosque disruxit quia pater se contulit ad condam comitem matheum de monte catheno Interra auguste de causa scientie Interrogatus dixit predicta bene scire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui erat cum eisdem et Idem testis recessit cum dicto condam domino petro derigio dictus vero dominus nicolaus Ivit ad condam dominum bernardum spatafora Item dixit scire ex fama publica qualiter dictus dopnus artalis Interfeci fecit aliquos placienses de cognomine de capisano In eadem terra placie deloco fame Incathania de tempore dixit dicto domino rege vivente super aliis super quibus fuit Interrogatus dixit nichil scire.

XX Junii XII Inditionis

Nobilis petrus decastello capitaneus clarissime civitatis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit quod olim post mortem dicti condam dopni artalis dealagona dum condam dopnus manfridus dealagona frater suus dominaretur Ipse dopnus manfridus In cammara sua quodam die habuit dixisse quod Ipse erat requisitus per aliquos a partibus cathalonie vel de curia regis aragonum quod si Ipse dopnus manfridus volebat eis providere pro ut eis providebat dictus condam dopnus artalis qui servivissent ei denovis que fiebant Incuria dicti regis aragonum prout serviebant dicto dopno artali qui dopnus manfridus asseruit quod nolebat se Inpedire decausa sciencie dixit predicta scire ex relacione dicti dopni manfridi deloco Inturri nunc possessa per dominum lojsini detrasanello detempore ut supra Item dixit quod Inaliquibus Januis dicte civitatis cathanie fuerunt et sunt arma sua depicta sive Intagliata si tamen Ipse fecit depingi et Intaglari Ignorat bene recordatur quod arma sua que sunt Inportu dessidono fuerunt Ibi dipicta tempore sue vite prout vidit et audivit deloco et tempore ut supra Item dixit quod Ipse testis tenuit et

firmiter credit quod condam domini retroprincipes martinus et martinus fuerunt recti et Justi principes et domini Item dixit quod post adventum condam dominorum retroprincipum aragonum sicilie artalis dealagona nepos dicti dopni artalis condam Jaymus frater dealagona dicti dopni artalis condam matheus dealagona nepos eius et alii de cognomine suo nec non et aliqui servitores fuerunt rebelles et se rebellarunt contra dictos principes qui condam Jaymus fuit decapitatus et prefatus artalis exul alii servitores et de cognomine Ipsorum perdiderunt bona eorum decausa scientie dixit predicta scire et vidit et audivit deloco Incathania et alibi detempore ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis dominus andreas decastello miles civis Cathanie Juratus et Interrogatus dixit Intellexisse relatu multarum personarum quod prefatus condam dopnus artalis retinuit et retinebat exploratores Incuria condam domini regis aragonum qui faciebant eum advisatum degestis factis Ineadem curia deloco Incatania detempore dixit post mortem eiusdem dopni artalis Item dixit quod Ipse testis tenet et credit quod gentes stipendiate per Ipsum dopnum artalem erant sui servitores et stabant ad sui mandatum Item dixit audivisse relatu multorum quod terre paternionis minej et trajne fuerunt et sunt regii demanii deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod tempore vite dicti dopni artalis porta depuntono hedificata Inqua fuerunt depicta vel Intagliata arma sua que sunt depresenti si Ipse fieri fecit Ingnorat de causa sciencie dixit Justa sui recordium Item dixit quod Ipse testis tenet et credit quod dicti domini reges martinus et martinus fuerunt domini Justi et recti qui non fecissent aliud nisi Justiciam Item Interrogatus super ultimo capitulo dixit continere Ineffectu derebellione fratrum et consanguineorum dicti dopni artalis ut proximus ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Nobilis Romeus munsuni Juratus et Interrogatus dixit scire ex relacione multarum personarum quod dictus condam dopnus artalis retinuit et retinebat exploratores Incuria regis aragonum qui faciebant eum advisatum defactis dicte curie et expendebat anplam pecuniam dictis exploratoribus pro causa predicta deloco Incathania detempore ut supra Item dixit quod dictus dopnus artalis fieri fecit Incivitate cathanie siclam si tamen dictus condam dominus rex fridericus vivebat non recordatur prout Interfuit vidit et audivit deloco Inospicio sicle detempore tempore vite dicti dopni artalis Item dixit

quod stipendiati dicti condam dopni artalis steterunt et stabant ad omne suum mandatum et erant sui servitores et amici decausa sciencie dixit Juxta sui credulitatem et credit se certum de tempore post mortem Ipsius dopni artalis Item dixit quod eidem testi recordari videtur quod tempore vite dicti dopni artalis prefata porta de puntone operata (?) exstitit et sunt arma dealagona posita Indicta porta fuerunt facta si tamen Ipse dopnus artalis fieri fecit eadem arma ignorat declarare que ad presens apparent prout vidit et audivit Iuxta sui recordium ut supra Item Interrogatus super ultimo capitulo continente deprefata rebellione fratrum ut supra dixit ut supra super aliis super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Antonius dealaymo Juratus et Interrogatus dixit scire ex fama publica referente quod dictus condam dopnus artalis Interfui fecit aliquos decognomine de capijano Interra placie deloco Incivitate cathanie detempore dixit tempore vite dicti dopni artalis non recordatur tamen declarare si dictus condam dominus rex fridericus vivebat aut non super aliis super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

Magister dominicus de francavilla Juratus et Interrogatus referendo se ad suam aliam deposicionem quam deposuit proparte adversa dixit quod olim condam nicolaus deprothonotario Interfectus extitit ex quodam vulnere per eum passo Inmamilla quem Ipse testis una nocte custodivit mortuum et tunc dicebatur quod prefatus condam philippellus Interficerat eum si consensu et voluntate dicti dopni artalis Ignorat prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit tempore vite dicti condam domini regis friderici Junioris Item dixit quod dictus Condam dopnus artalis non bene tractabat prefatam dominam reginam mariam ut erat condecens quam tenebat tanquam unbram et castrum male custodiebat dealiis Incapitulo contentis Ignorat decausa sciencie dixit predicta benescire ut Ille qui patricabat et conversabatur Ineodem castro et vidit et audivit detempore post mortem dicti domini regis federici Item dixit quod si dictum castrum ursinum fuisset bene custoditum ut debebat propter personam seu presenciam dicte domine regine et Ipsa domina non fuisset capta de causa scientie dixit scire ex comuni opinione tunc referente quam Ipse testis habebat et habet Ita credit et tenet detempore dixit tempore dicte capcionis Item dixit quod Ipse testis vidit arma dicti Condam dopni artalis depicta In Januis civitate catanie et Inaliis locis publicis si Ipse dopnus artalis faciebat Ingnorat

deloco Incathania detempore dixit tempore vite suc ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XXII Junii XII Inditionis

Nobilis magnificus blascus de scammacca phisicus Juratus et Interrogatus se referendo ad suam aliam deposicionem dixit quod tempore quo condam nicolaus de prothonotario fuit Interfectus per condam philippellum demarino ut dicebatur puplice et palam Ipse condam nicolaus erat Intimus cum dicto domino rege friderico vel ut alios Intimos dicti Condam domini regis decausa sciencie dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui patricabat Incuria dicti domini regis deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod mortuo prefato condam domino rege friderico Ipse condam dopnus artalis malegubernavit et gubernabat tractavit et tractabat condam dominam reginam mariam quam non tractabat ut regina sed ut dominam modice condicionis que erat tamquam unbra et Ipse dopnus artalis regebat et gubernabat pro libito voluntatis de qua domina regina Ipse dopnus artalis modicam mensionem faciebat que domina fuit et erat male custodita Ineodem castro qui dopnus artalis faciebat gracias et officiales Justa sui voluntatem decausa sciencie Interrogatus dixit predicta benescire et Interfuit vidit et audivit ut Ille qui patricabat Incastro ursino Inquo prefata domina regina morabatur deloco Ineodem detempore ut supra et usque ad capturam dicte domine regine dicit quod si dictum castrum bene custoditum fuisset dicta domina non fuisset capta Justa videre et opinionem dicti testis Item dixit quod dictus dopnus artalis habuit et habebat odio principes et reges aragonie et nunquam voluit dictos principes habuisse dominacionem In regno scicilie decausa sciencie dixit predicta scire ex relacione dicti condam dopni artalis Inquo Ipse testis raciocinando loquutus extitit deloco Incathania detempore post mortem dicti regis friderici Item dixit quod dictus condam dopnus artalis vivente dicto condam domino rege fieri fecit siclam denariorum hereorum si contra licentiam dicti regis et privilegia messane Ingnorat credit tamen quod predicta sicla messanensibus displicebat prout Interfuit vidit et audivit deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod prefatus condam dopnus artalis dedit et dabat provisiones servitoribus suis qui ei serviebant ad omne sui mandatum et obediebant ei quam gentem provisionatam Ipse tenebat ad sui comodum et tenebat dictam gentem ut Ipse et nomine proprio de causa sciencie dixit bene scire ut Ille qui patricabat In

curia sua et cum Intrinsicis suis deloco et tempore ut supra credit et tenet Ipse testis quod major pars dicte gentis provisionate sequuta fuisset voluntatem dicti dopni artalis contra principem quemcumque eo presertim quod tempore quo Ipse dopnus artalis tenuit dictam dominam reginam absconsam Incastro auguste ut dicebatur quia Ipse testis non fuit Ibi eam tenebat absconsam cum servitoribus suis stipendiatis Item dixit quod terre paternionis trajne minei Jacii fuerunt et erant regi demanii decausa sciencie Interrogatus dixit Juxta relacionem multorum deloco Incathania detempore dixit ut supra Item dixit quod dictus condam dopnus artalis atempore mortis dicti condam domini regis friderici et usque ad obitum Ipsius dopni artalis percepit et percipiebat per officiales suos reditus et proventus Inmaxima summa secreciarum et portuum nonnullarum civitatum et terrarum et secreciarum et portuum regii demanii quas Ipse dominabat faciendo de eadem pecunia velle suum et ad omne sui comodum decausa sciencie dixit predicta bene scire et vidit et audivit deloco et tempore dixit ut supra Item dixit quod dictus dopnus artalis tenuit et tenebat magnum statum quod emit quoddam castrum et fieri fecit monasterium novelucis quod dotavit nessimam et turrim Inquibus expendidit anplas pecuniarum summas Justa videre dicti testis tenit et credit testis quod dictus dopnus artalis predicta egit ex redditibus regiis ex eo quia Ipse dopnus artalis parum habebat de causa sciencie dixit ut supra deloco et tempore ut supra Item dixit quod mortuo dicto dopno artale condam dopnus manfridus dealagona frater suus se contulit ad castrum Jacci cum Idem testis et aperta domo Thesaurarii Ipse dopnus manfridus numerari fecit pecuniam per dictum dopnum artalem relictam et conservatam que fuit sessaginta milia florenorum et nonnulla Jocalia erant Ibi prout Interfuit vidit et audivit deloco et tempore ut supra Item dixit quod Ipse testis habuit et habebat predictos condam principes martinum et martinum pro bonis et virtuosis Item dixit quod post adventum dictorum retroprincipum predictorum condam Jaymus dealagona serebellavit et fuit rebellis contra eosdem condam retroprincipes et perdidit caput suum et bona artalis dealagona nepos dicti dopni artalis se rebellavit contra eosdem dominos retroprincipes et est exul aregno et multi servitores dicti condam dopni artali sequuti fuerunt eosdem rebelliones et perdiderunt bona eorum et aliqui sunt exules aregno propter dictas rebelliones decausa sciencie dixit predicta scire et Interfuit vidit et audivit tanquam notoria deloco Incathania detempore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

XXVII ejusdem

Iodovicus depanpalona habitator terra castri Joannis Juratus et Interrogatus dixit scire ex fama publica referente quod prefatus condam dopnus artalis Interfeci fecit Interra placie Illos de cognomine decapizano pro qua causa Ingnorat deloco Interra castri Johannis detempore tempore vite dicti condam dopni artalis quo tempore dictus condam dominus rex fridericus vivebat super aliis non fuit Interrogatus.

honestus presbiter nicolaus degeramia Juratus et Interrogatus manibus propriis se referendo ad suam aliam deposicionem dixit quod condam nicolaus deprothonotario tempore quo fuit Interfectus per dictum condam philippellum ut puplice dicebatur fuit et erat Incuria dicti condam domini regis friderici et erat Intimus cum eo et prevalebat In eadem civitate decausa sciencie Juratus dixit predicta benescire et vidit et audivit deloco Incathania detenpore dixit tenpore dicti condam domini regis Item dixit quod testis Ipse fuit et est opinionis quod si castrum ursinum fuisset bene custoditum dicta domina regina maria non fuisset capta et tunc puplice dicebatur quod dictus dopnus artalis male faciebat dictum castrum custodiri deloco Incathania detempore tempore dicte capcionis Item dixit quod dictus condam dopnus artalis fieri fecit siclam Incivitate cathanie si contra voluntatem dicti condam domini regis et privilegia messane dixit Ignorare prout Interfuit vidit et audivit deloco ut supra detenpore dicto condam domino rege vivente Item dixit quod condam antonius derizio fuit et erat Intimus cum condam domino rege fiderico et consiliarius suus et multum prevalebat Incuria dicti regis de causa sciencie dixit et vidit et audivit deloco ut supra ed tempore dixit tempore vite Ipsius domini regis et dixit scire ex fama puplica quod dictus condam dopnus artalis fecit eundem condam antonium Interfeci deloco et tenpore dixit ut supra ad alia super quibus fuit Interrogatus dixit nihil scire.

